TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_0971

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Constit.
Patrie
Foriulii
1429

971

Codex Const. Patrie

Prohemium dictarum Constitutionum

Etsi maxima et multa sint commoda et urbium ornamenta /
tamen nichil est quod eque plato ad publicam felicitatem magis pertinere
indicaret / quam cum optimo atque iustissimo rectore respublica admini-
stretur. Qua quidem felicitate olim Grecia gloriabatur. Nam uti op-
time queque Civitates / sic optimos atque sanctissimos principes eli-
gebant / a quibus bene beateque respublica regeretur. Sed cum hii viderent
vitam suam singulem / mortalemque esse / cogitaverunt saltem iustitiam et equi-
tatem suis populis perpetuam et immortalem efficere. Itaque inuente sunt
leges et urbium instituta / que perpetuus quidam magistratus et immortalis
princeps / unde equitas et iustitia perpetuo suis populis administraretur.
In quo genere laudis Ligurgus primum apud Lacedemonios est versatus,
qui ea fuit pietate in patriam / ut cum eam aliquando deserere oportere se videret /
tamen illa suam iustitiam et equitatem / ei suo exilio relinquere cogitavit.
Solone vero illo Aquini Apolinis etiam oraculo sapientissimus est iudicatus
olim gloriabantur omnium artium et humanitatis nutrices Athene / quod ex
illo eis omnis iuris et equitatis forma nata esset. Marco vero Dandulo
iustissimo pretore nostro Illustri / et Senatorio / et qui aliquo ex annalium
numero / aut de celo misso viro / ex hiis nostris Constitutionibus / hec Aqui-
legiensis patria patria semper gloriabitur. De cuius laude et gloria quemad-
modum difficile esset plene / cumulateque dicere / sic hoc loco preterire ignavum
et deforme videretur. Sed ex tempore de multis ut aiunt pauca de-
gustabimus. Est enim ea laudum suarum materia atque gloria / ut gra-
vissimi etiam oratoris copiam facile superare videatur. Quis dumo
ortus sui / virtutes / et iura ex Illustri genere suo apta oratione explicaret.
Omitto multos duces et armis et toga clarissimos. Inter quos hic No-
bilissimus pretor noster illis auspiciis natus est / ut non minus laudis
illa ipsa clarissima Dandulorum familia / ex sua singulari virtute / quam ipse
ex Illustri illo suo genere suscipiat. Neque potuisset aliter is qui ab illo
Sanctissimorum Venetorum Senatu / ita et assidue ab ineunte fere
adolescentia sua exercitatus esset. Maximum enim addimamentum
semper ad virtutem fuit / apud maximos et Sanctissimos homines
exerceri. Inde ex amplissima illa republica Romana / in dies summi

principes / et clarissima lumina ex maiorum institutis et exemplis oriebantur. Non igitur mirum si inter hos ita exercitatus, tam clarus evasit. Nam si inter clarissimam illam Venetiarum Civitatem cum amplissima Romana republica conferamus / inveniemus quamplures summos viros in omni genere laudis et humanitatis / si non Romanis preferendos saltem similes cum eis comparandos. Ita ut quemadmodum olim ipsa Civitas Romana maximarum rerum imitatione / secunda Grecia / sic hijs temporibus Illustrissima hec Venetiarum Civitas / merito / atque optimo iure secunda Roma appellari possit. Quid dicemus maximas legationes apud Summos Romane ecclesie Pontifices / aut maximos Reges / apud maximos denique principes / maxima etiam cum laude expeditas. Ita ut ne etiam ad hostem accessit / quin summis honoribus et privilegijs ornatus / pro incredibili quodam virtutis sue odore et suavitate discessit. Preterea si res a se gestas terra et mari bello et pace consideremus / inveniemus nominis sui gloriam. et iustissimi viri integritatem / et nonnullis ultramarinis amplissimis etiam Civitatibus maxima cum laude celebrari. Bellum vero pro patria adversus hostes fortiter agere numquam dubitavit / que omnia ex tempore preterirem / ni nisi me hoc loco Egregia quedam et singularis animi sui laus revocaret. Cum enim bellum ab Illustrissimo Venetiarum Senatu adversus Gallos Cisalpinos ageretur / tanto pro sua republica animo pugnavit / ut primus menia Brixie / maximo animi sui virtute et securitate conscendisse perhibeatur. Ita ut aureati militis honores / nisi talia pro singulari quadam modestia despicere soleret / summa tunc cum laude consequi potuisset. Magnum fuit profecto forte virum adversus hostes fortiter pugnare / maius hostium honores spernere / maximum vero pro adiumento et ornamento sue reipublice / omnium periculorum genere strenuo et forti animo se obicere. Quid dicemus de caritate in provincias quibus semper summa cum laude prefuit. Testis est Verona. Testis Padua / Testis hec patria. Populum Veronensem ita gubernavit / ita coluit / ut pretura illa sua / frequenti cum laude et memoria celebretur / et donec virtus in precio erit / ab illo ipso populo celebrabitur.

Padua uo monimenta caritatis sue aureis lris in atrio suo insculpta tenet. Habuit enim Ciuitas illa Atrium Magnificum et celebre, et more maioꝝ splendide, magnificeqꝫ positum, Sed casu nescio quo aduerso in cineres postea conuersum. Sed hic ipe clarissimus pretor illud studuit ea cura et artificio reformare, ut ueteri moderniis tunc primum cedere uiderentur. Magnum illud fuit, sed maximo et laudato uiro nichil in laude et uirtute pot esse satis. Curauit postea leges et constitutiones suas ita reformare, ut ꝑꝑ populus ille quiete tranquilleqꝫ uiueret. Magna illa urbis, maxima hec ciuitatis ornamenta, cum singulari sua laude et ꝑpetua memoria celebrabuntur. Sed no minora bñficia hec nra pata ab eo ipo clarissimo pretore nro suscepisse uidebimur. Et in primis felicissima illa ciuitas Utinensis que esi rebus omnibus hijs ornatissima esset, que ad commoda et ornamenta alicuius amplissime ciuitatis ptinerent, tamen ex necessitate defectum aquaꝝ prudenter dubitabat, cui rei et periculo uir Illustris ita celeri consilio, et diuino ꝑꝑe ingenio occurrit, ut an etaꝫ et a se expeditam rem, ciuitas nra ꝑspicet, q̃ ab alio uix preuisam aut satis cautam sperauisset. Qua pro re memoriam sua gratissima ciuitas marmoreis tabulis more prisco signare decreuit, ut Illustre illud nomen suum no solum apud presentes, sed etiaꝫ apud posteros suos ꝑpetua et sima cum glia celebret. Preteam communem prie pacem et tranquillitatem, et alia maxia ⁊ multa commoda et ornamenta et publica et priuata, humanitatem in audiendo, lenitatem in discernendo et in satisfaciendo diligentiaꝫ. Et ad instituta nra nra reuertamur uir iustissimus multa ex antiquis teruis prie constitutionibus ptim diminuta, ptim superflua, ptim obscura et iniqua. Quare continuo pro singulari pro singulari et consueta in prouincias suas caritate, apud iustissimum suum Senatum ita egit ut decreto illo eligerentur Sapientesqꝫ uiri qui iura prie, mores, cõditones ⁊ naturaꝫ ꝑspectam haberent et cognitam. Itaqꝫ in nouuꝫ uolumen uniuersum prie ius ea ratione redactum est, ut nichil subtractum, nichil additum, nichil deniqꝫ immutatum sit, quod no sit eque, publice, et

passim maximo cum totius parlamenti et omnium optimoꝝ hominum consensu celebratum. Quare ut Athene suo Solone / ut Lacedemones Ligurgo olim gloriabantur / Sic Aquilegiensibus Marco dandulo clarissimo et iustissimo pretore liceat ꝑpetuo gloriari. Sitqꝫ nobis hec iuris et equitatis sue quedam statua / enea / atqꝫ memoria ꝑpetua et immortalis / Cui etiaꝫ infra ad pedes more maioꝝ parens patrie ascribatur Sed ne longius in immensis immensis laudibus suis detineamur / de re dicēda incipiamus / Ad honorem dei et gloriose matris sue et totius celestis curie. Amen.

Cum Magnificus Marcus dandulo generalis locumtenens perpetuam pacem et tranquilitatem huic patrie relinquere optaret Statuit constitutiones nostras in hanc novaꝫ formam ꝛ equiorem transferre. Ideoqꝫ Millesimo Quadringentesimo vigesimo nono uti solet omnia diligentissime et prudētissime ꝑfecit Sed cum eiusdem millesimi xvj. mensis augusti publicari debuissent. alijs intercedentibus negocijs et occupationibus fortasse maioribus in eiusdem mensis xxij. diem earum promulgatio dilata et reservata fuit / Quare vult et mādat ut post duos menses a xvj°. antedicti mensis Augusti he ipse constitutiones incipiant observari et locū habere ea lege et conditione ut si qua prius concessa essent ea libera habeantur et absoluta.

yhus .

Rubrice nouarum Constitutionum patrie predictarum

.I. — De religione .
.ij. — De ferijs in honorem dei introductis .
.iij. — De ferijs ob necessitates hominum introductis .
.iiij. — De hora qua iudicium seruari debet in plena curia audientia et qua litigantes debent se presentare .
.v. — De potestate iudicis in prorogationibus terminorum .
.vj. — De Aduocatis ab una parte informatis aduerse parti patrocinari non debentibus .
.vij. — De personis litigantibus et causidicis in allegationibus se honeste habere debentibus .
.viij. — De dilationibus dandis ob procuratorum uel Aduocatorum absentiam .
.viiij. — De pijs fauoribus miserabilibus personis et alijs pauperibus in iudicio gratis exhibendis .
.x. — De Officio et notariorum iuramento .
.xj. — De patronis causarum et notarijs qui in iudicijs scribant admittendis .
.xij. — Quod duo uel plures notarij non admittantur ad scribendum simul et semel in eadem causa .
.xiij. — De actis cause continuatim per notarios scribendis .
.xiiij. — De actis iudicij partibus etiam extra iudicium ostendendis / et dilatione non danda pro copia .
.xv. — De instrumentis quorum copia est decreta in iudicio non legendis .
.xvj. — De notarijs compellendis dare copiam actorum .
.xvij. — De Notarijs acta propinquorum scribere non debentibus / nec ad patrocinia causarum admittendis .
.xviij. — Quod occupatione notariorum non possint lites partium retardari .
.xviiij. — De ordine seruando per notarios in celebratione contractuum / et quaternis eorum .

·xx — De verbis redargutoriis contra sinantes no dicendis.
·xxi· — De uerbis iniuriosis in iudicio dictis·
·xxii· — De penis notarioꝝ recusantium dare instrumenta·
·xxiii — Q' acta iudicii etiam sine testib' fidem faciant·
·xxiiii· — De citationibus et quali contra contumaces proceditur·
·xxv — Quando citationes et relōnes caro fieri possint·
·xxvi — De modo citandi Communitates·
·xxvii — De cautione prestanda p forenses··
·xxviii. — De simul producendis procuratorib' / substitutorib' / tutelis et aliis generib' mandatoꝝ / et copia pti adu'se danda / uel deneganda·
·xxviiii· — De Termino ad opponendū contra mandata cocedēdo uł non·
·xxx· — De negantib' p'sonas fore legitimas in iudicio·
·xxxi· — De procuratore compellendo ad procedendū post susceptū mandatū·
·xxxii — Quando etas pro alio comparentis dicatur sufficiens·
·xxxiii. — De obligatis ad respondendum in plurib' locis·
·xxxiiii — De libelli oblatione·
·xxxv· — De producendo scripturas duplicatas·
·xxxvi — De Confitentib' debitum in iudicio·
·xxxvii — De dilationibus dandis post porrectum libellum·
·xxxviii — De iuramento calumnie·
·xxxviiii — De allegantibus manutentores·
xl· — De Allegantibus manutentores qui sunt ext' patriam·
xli· — De Reo in iudicio dum vocante·
·xlii· — De Conseruatoribus·
xliii — De dilationib' dandis actori et Reo·

xliiij — De actore renuntiante termino et limitato.
xlv. — De terminis assignandis ad opponendum et excipiendum.
xlvj. — De pena fraudem committentium.
xlvij — De Negantibus acta curie.
xlviij — De Mandatis z actis iudicij p testes nõ probandis.
xlviiij — De Allegantibus terminos probationum nõ expirasse.
L. — De negantibus acta in iudicio uel nolentibus illa confiteri.
Lj. — De iuramento ptium ĩ iudicio prestando uel referendo.
Lij — De notarijs et testibus compellendis dare iusta z iurare.
Liij — De testibus.
Liiij — De litteris obligatorijs et scripturis priuatis.
Lv. — De Laudis et compromissis.
Lvj — De uero deposito.
Lvij. — De homine rurali nõ carcerando nõie depositi.
Lviij — De citationibus in ca exforcij.
Lviiij. — In quibus cãus committitur exforcium.
Lx. — De ordine iudicij ubi ĩ cã exforcij releuator nõiatur.
Lxj — De pena pignerantium pro liuellis et affictibus cũ nuncio dnĩ ciuitatis.
Lxij — De possessione annua in causa exforcij p utramq ptem allegata.
Lxiij. — De pena raptorum cum animalibus pascuare.
Lxiiij. — Quando sup exforcio decem dies probatorij utriq pti debeant assignari.
Lxv. — Si quis possessione rei fuit p iudicem indebite priuatus, qualr ei succurratur.
Lxvj. — Quando allegatur possessio nouiter acquisita, et incidenter allegata sup petitorio.
Lxvij — De massarijs et colonis ad probandum possessionem admittendis.

lxvij — De allegationibus bina vice p partes faciendis.
Lxviij — De notarijs no scribentibus processum infra terminum.
Lxx. — De tempore instantie causarum.
Lxxj. — De commissione causarum.
Lxxij. — De cognitione causarum.
Lxxiij. — De sententijs sup futuris no proferendis.
Lxxiiij. — De sententiantibus allegatis pro suspectis.
Lxxv. — De appellationibus et in quibus causis appellare no licet.
Lxxvj. — De appellationibus no admittendis in ca protectionis.
Lxxvij — De appellationibus corrigendis et earum punitione facienda.
Lxxviij. — De probationibus in causa appellationis faciendis.
Lxxviiij. — In quibus dilationibus dies feriati debeant computari ul subtrahi.
Lxxx. — De appellationibus extra priam interpositis.
Lxxxj. — De sententijs ferendis in causis appellationum.
Lxxxij — De protectionibus.
Lxxxiij — De obligatis ad carceres.
Lxxxiiij — De expensarum refectione.
Lxxxv. — De executione sniarum.
Lxxxvj — De executione instrorum convictionum.
Lxxxvij — In quibus contractibus intelligatur quis esse convictus p pactum.
Lxxxviij. — De proferitione bonorum immobilium uendendorum facienda debitorj.
Lxxxviiij. — De venditione bonorum immobilium uendendorum ad incantum.
Lxxxx. — De bonis ad incantum uendendis proferendis illis qui sunt ex priam.
Lxxxxi. — De bonis ad incantum vendendis in loco ubi primo fuerint incantata, et pena creditoris prohibentis.
Lxxxxij — De agnatis et vicinis iure agnationis et vicinatatis uendicantibus bona aliorum agnatorum et vicinorum uendita, uel i solutum data.

Lxxxiiii. ¶ De bonis mobilibus excedentibus summam .l.ta librarum, vendendis ad incantum proferendis per cedulam.
Lxxxxiiii. ¶ De bonis incantatis non deliberatis, et non manutendis nomine absentis.
Lxxxv. ¶ De debitoribus contra quos bona aliqua sunt vendita, compellendis et cogendis ad constituendum se manutentores.
Lxxxvi. ¶ De manutentoribus recipiendis nomine emptorum absentium.
Lxxxvii ¶ De emptoribus ementibus bona ad incantum compellendis ad pretii solutionem.
Lxxxviii. ¶ De hiis qui designant pignera vendenda ad incantum pro executionibus debiti vel sententiarum.
Lxxxviiii. ¶ De pigneribus venditis ad incantum reluendis infra .x. vel .xx. dies.
C. — ¶ De venditionibus pignerum fieri valentibus per precones domini Potestatis.
Ci. — ¶ De creditoribus non valentibus emere, nec emi facere bona que ipsimet vendi faciunt ad incantum.
Cii. — ¶ De hiis qui per contradictorem impedire nituntur bona aliquorum vendi ad incantum.
C.iii. — ¶ De hiis qui contradicunt venditionibus ad incantum bonorum per eos ex conventione obligatorum.
Ciiii — ¶ De relationibus per precones faciendis.
Cv. — ¶ De preconibus in suo officio fraudem committentibus.
Cvi. — ¶ De alienantibus rem duobus vel pluribus.
Cvii. ¶ De prescriptionibus.
Cviii — ¶ De hiis quibus alienatio est interdicta.
Cviiii ¶ De puerorum inobedientia.
C.x. — ¶ De alienatione minoris .xx. annis interdicta.
Cxi — ¶ De fratre vel maiore domus non valente alienare in preiudicium minorum.

.Cxij. — De fratribus seorsum habitantibus.
.Cxiij. — De fideiussoribus.
.Cxiiij. — Qualiter consulatur fideiussoribus debita solventibus.
.Cxv. — De rata debiti inter fideiussores distribuenda.
.Cxvj — De fideiussoribus a fideiussione liberari valentibus.
.Cxvij — Quod creditor non possit molestari pro damno fideiussoris.
.Cxviij — De ultimis bonorum possessoribus.
.Cxviiij — De dotibus et iuribus dominarum.
.Cxx. — De dote soluto matrimonio repetenda.
.Cxxi — De alimentis uxoribus viduis prestandis.
.Cxxij — In quibus bonis fieri debeat dotis restitutio.
.Cxxiij — De divisione fructuum dotis soluto matrimonio.
.Cxxiiij — De forma in alienatione iurium dotalium servanda et sumarie cognoscat.
.Cxxv — De vestimentis et aliis ornamentis dominarum et ceteris que secum portant ad maritum vel donatis tempore nuptiarum.
.Cxxvj — De bonis uxoris portatis ad domum mariti et quando testari possit.
.Cxxvij — De acquisitis per dominam maritatam presumendis de bonis mariti.
.Cxxviij — Quibus creditoribus mulieres ratione dotis sue preferuntur.
.Cxxviiij — Quod repetentes dotem preferuntur repetentibus morgingambam et alia iura.
.Cxxx — De prescriptione dotis petende vel repetende et aliorum iurium.
.Cxxxj — De restitutione dotis facienda filio premortuo matri vel post.
.Cxxxij — De filiabus et aliis descendentibus feminini sexus in testamento preteritis.
.Cxxxiij — De legatis factis filiabus et aliis mulieribus ab hereditate exclusis.
.Cxxxiiij — De heredibus compellendis alimentare maritare et dotare feminas ratione sexus ab hereditate exclusas.

De religione rubrica.

Ad laudem et gloriam individue trinitatis patris, filij et spiritussancti et totius curie celestis / Constituimus quod per quemcumque iurisditionem habentem bona diligentia adhibeatur et indagatio fiat / Ut omnes divinis legibus et Constitutionibus canonicis / hereses ac ritus penitus conquiescant / Ita ut nemo conetur prophana precepta / aut aliqua contra simbolum apostolicum sequi / docere / vel discere. Et qui contrafecerit ab omni protectione iuridica penitus sit immunis et penis gravissimis supponatur. Judeis tamen ea observentur que canonice constitutiones et iura expresse permittunt. Adicientes quod blasfemantes deum / aut virginem Mariam / octuaginta soldorum pena mulctentur. Alios vero sanctos et sanctas blasfemantibus Quadraginta soldorum pena irrogetur / applicanda habenti Juridisditionem in loco, pro duabus partibus et pro tertia accusatori.

De ferijs in honorem dei introductis Rubrica.

Ut divine Maiestati reverentia tribuatur / ac peccandi quoad fieri potest materia amputetur / cum plerumque ex litigijs ire / odia / prave voluntates ortum habeant / Constituimus et ordinamus ut iudiciorum strepitus in infrascriptis diebus conquiescat et a controversijs litigantes respirent. Convenit enim dies infrascriptos Maiestati altissime dedicatos nullis causarum vexationibus prophanari / potissimum dies dominicos qui repetito in se calculo revolvuntur videlicet in festis nativitatis domini nostri Jhesu xpi / incipiendo a festo sancti thome apostoli usque ad epiphaniam inclusive. In quinque festivitatibus beate Marie virginis videlicet Conceptione / Nativitate / Annuntiatione / purificatione et assumptione. In diebus dominicis, festivitatibus duodecim apostolorum. Gloriosi evangeliste / sancti Marci / et aliorum Evangelistarum.

- Sancti petri cathedrati.
- Ascensionis domini nostri.
- Penthecostes cum duobus diebus sequentibus.
- Corporis xpi.
- Sancti Johannis baptiste et etiam decollationis eiusdem
- Sancti Antonij de vienna.
- Sancti Laurentij.
- Omnium sanctorum.
- Sancti francisci.
- Sancti dominici.
- Sancte Caterine.

Sancte Agnetis.
Conuersionis sancti pauli.
Sancti blasij.
Sancti benedicti.
Sancte Agate.
Quatuor doctorum ecclesie videlicet
Gregorij Ambrosij Jeronimi et Augustini.
Inuentionis sancte crucis.
Exaltationis eiusdem.
Sancti Georgij.

Sancte Marie Magdalene.
Sanctorum hermagore et fortunati
Sancti Michaelis
Sancti Martini
Sancte lucie
Sancti Nicolai.
Vndecim millium virginum. Et a dominica oliuarum usque ad octauam Resurrectionis domini. Et in die

Carnipriuij cum duobus diebus precedentibus, et cum die sequenti propter consuetudinem ius ordinarium non reddatur. Quibus suprascriptis diebus feriatis introductis in honorem dei per quemcumque Jusdicentem in aliquo loco patrie forijulij obseruetur quod iudicium non fiat nec in causis procedatur. Et si contrafactum fuit, ipso iure non valeat.

iij ## De ferijs ob necessitatem hominum introductis. Rubrica.

n NE commoditas annua celesti prouisione concessa valeat cuique aliqualiter deperire, Constituimus quod ipso iure intelligantur indicte annuatim ferie messium a festo sancti Johannis baptiste usque ad quintamdecimam Julij proximam inclusiue. Et similiter vindimiarum ferie a festo sancti Michaelis usque ad vigesimam secundam diem sequentis mensis Octobris inclusiue. Quibus ferijs durantibus, placita secularia cessent et quiescant, Et iudiciorum strepitus ordinarij non fiunt. Exceptis causis infrascriptis si de eis agetur videlicet de dandis Tutoribus, aut curatoribus vel de eis remouendis, aut excusandis, de causis alimentorum, de causis libertatum, et de hijs super quibus allegaretur in[illegible] vel prescriptionem complere interim. quo casu possit prescriptio vel usucapio [illegible] modis a iure traditis interrumpi, et de rebus que forent interitum ex tempore passure, de causis mercedis, de causis forensium siue sint actores, siue Rei, et de exforcijs commissis in ipsis ferijs cognosci et diffiniri possit. Et in omnibus alijs casibus in quibus expresse per Constitutiones hec appareat esse concessum.

De hora qua iudicium fieri debet in plana curia audientia et qua litigantes debent se presentare. Rubrica.

ol
IIII Ut cause celeri⁹ pro comoditate partiuz ualeant expediri /
Constituimus q̃ si singulis diebꝫ iuridicis reddat̃ ius / et
fuerit gñalis audiencia cauiarum et q̃stionuz . Sed pulset̃
pri⁹ campana q̃sueta p̃ t̃minis audiendis . Qua pulsata / illico Judex
sedere debeat ĩ loco iudicij cõsueto / et ĩ eodez loco ⁊ nõ alibi / nisi Judex hoc
eligat / un⁹ ex notarijs eius p̃ Judicez deputat⁹ scribat ĩ cedula quos-
cu̾q3 ĩ loco iudicij se sibi p̃ntantes ⁊ c̃ãs quare se p̃sentant . Nec aliq3
scribat qui se nõ p̃ntet / sub pena . xx . soldoꝝ / Quos sic se p̃ntantes
et sistentes ĩ loco iudicij / teneat̃ Jusredens sedz ordinez dicte cedule
expedire / ul' etiaz nix q̃suetũ si ⁊ put iudici uidebit̃ . Et gesta p̃ Ju-
dicez / seu p̃cess⁹ facti post sonũ campane ptibꝫ absentibꝫ / ul' alt̃a ipaꝝ
q̃tumacit̃ a iudicio tũc absente / eaz uiz ⁊ uigorez hãnt put a iure ⁊
ex forma Constitutionuz patrie dispositũ est . Qz si ps q̃tumax uenit /
iudice adhuc p̃ tribunali sedente / et p̃cedẽ uoluerit / tũc iudex ipam
ptez audire debeat soluẽtez expẽsas pro ipõ t̃mino factas / p⁹ tñ factã
fide de t̃mino . Alit̃ nõ audiat̃ et q̃tumax reputet̃ / et contra ipz
tanq̃ q̃ q̃tumacẽ procedi possit . Si uõ solutis dictis expensis / pars
que soluit / uoluit p̃cedẽ ĩ cã / audiat̃ etiaz si ps aduersa se absen-
tauit / et p̃cess⁹ tunc factus ualeat / dũtñ sedz formã iuris ⁊ Con-
stitutionuz p̃cessuz sit . Adicim⁹ etiaz q̃ siue sit actor siue sit
reus litigans qui descript⁹ sit in cedula ĩ qua litigantes faciũt
se describi / teneat̃ p̃ se siue respõsalez / aut p̃curatorez legitimum /
cũ uocat⁹ fuit p̃ deputatũ a iudice / p̃cedẽ ĩ cã ĩ t̃mino suo . Alio
quin ad instanciã alti⁹ ptis / eo inuito p̃cedi ualeat p̃inde acsi foret
absens ⁊ q̃tumax / nisi p̃cedat ul' p̃cedi q̃sentiat . Reseruato semp
in p̃missis arbitrio iudicis ualendi p̃rogare ex aliqua cã legitima que
ei⁹ arbitrio t̃minet̃ ac [illegible] iudicij tunc expediendiz / p̃ totũ illud tp̃s
quo illo die sedere ĩ [illegible] q̃tigerit . Veruz p̃missa locũ hãnt nõ
ĩ sentencijs diffinitiuis sup̃ toto p̃cessu cause p̃latis que p̃ Ju-
dicez nõ possint reuocari . Sentencie uõ int'locutorie sup̃ emer
genti ul' incidenti aliquo plate ĩ cõtumacez ul' p̃ q̃tumacẽ hitũ /
purgata p⁹ q̃tumacia illo tũc ut sup̃ dictuz est / Iterũ demuz reuocari
possint si hoc iudici uidebit̃ fore cõsonũ rõni . Et a tali reuocatiõe
secuta p̃ purgatõez q̃tumacie factaz ut ẽ / nullaten⁹ appellet̃ / Et
ptibꝫ auditis p̃nũciari possit iterz uidelz Int'locutoria fieri si ⁊ put
iudici de iure uidebit̃ / etiã si sit dñs Locumtenẽs isto cãu cũ tam
cognita . Si uõ neutra ptiũ ĩ t̃mio deputato ĩ cã uoluerit p̃cedẽ /
tunc ille t̃min⁹ intelligat̃ circũduct⁹ ⁊ cass⁹ p̃tunc .

v. ¶ De potestate iudicis in prorogationibus terminorum Rubrica.

Cum iudicantis officium latissimum sit ordinamus quod per iudicem possint termini unius uel plurium causarum prorogari partibus absentibus seu altera parte uel altera absente. Ita quod termini alicuius actus semel prorogati non debeant ulterius prorogari nisi iustissima causa interuenerit aut concordi partium consensu processit. Et teneatur iudex terminos prorogatos prius expedire quam procedat ad alios ad illam diem emergentes seu incidentes. Et habeat locum etiam in pendentibus causis.

vi. ¶ De aduocatis ab una parte informatis aduerse parti patrocinari non debentibus. Rubrica.

Ut super causarum meritis fideliter et equo libramine coram iudice procedi possit decernimus quod nullus aduocatus uel procurator de iuribus alterius partium informatus audeat quomodo uel presumat in causa in qua fuit informatus parti aduerse palam uel occulte consulere seu patrocinari sub pena suspensionis ab officio procurandi et postulandi in quocumque iudicio per sex menses. Et hoc uendicet sibi locum si pars que eum informauit eundem habere noluerit pro suo procuratore uel aduocato. Alioquin ualeat impune alteri parti suum patrocinium exhibere. Si uero inter partes contentio uersabitur utra earum aduocatum seu procuratorem de quo contenditur prius informauerit, tunc stetur causidici iuramento, qui sub pena solidorum quadraginta seu maioris pene arbitrio iudicis etiam pluries multiplicande et illi curie applicande ubi iudicium agitatur iurare cogatur et eius iuramento declarare utra partium eum prius informauit. Statuentes insuper quod una pars non possit uti patrocinio nisi unius aduocati et unius procuratoris in una causa. Et una causa et eadem intelligatur causa principalis, protectionis et appellationis.

vii. ¶ De personis litigantibus et causidicis in allegationibus se honeste habere debentibus Rubrica.

Ut aliquorum importunitatem mores supprimantur et ne propter superfluas allegationes iudicia retrodent, ordinamus quod post binas allegationes per partes vel patronos earum voce vel in scriptis exhibitas iudex precipiat principalibus personis et earum causidicis si ei videbitur quod sedeant et sileant, quod preceptum illico sortiatur effectum. Nec valeat principales aut patroni in causis ulterius dicere vel supplere, nec sententias re vel verbo interrumpere aut impedire. Nec audeant causidici partium ubi iudicium redditur litantes a iudicio recedere non petita licentia iudicantis donec iudicium tunc procedit. Contrafacientes in pena viginti soldorum incurrant hospitali sancte Marie Magdalene in terris utrum si ibidem lis adest applicandam et si fuerit alibi pena applicetur magis egenti hospitali illius loci, quo non existente applicetur ecclesie. Et qui in dicta pena inciderint in nullo iudicio audiantur nisi primo dicta pena integre persolverint aut ad mandatum iudicis deposuerint.

viii. ## De dilationibus dandis ob procuratorum vel advocatorum absentiam. Rubrica.

Causarum expeditionibus quoad fieri potest inherentes, ne propter dilationes ob procuratorum vel advocatorum absentias petitas lites plus debito prorogari contingat, ordinamus quod in aliqua lite quantecumque tempore duraverit aliqua partium ob predictorum absentiam habere non possit vel debeat ultra tres dilationes quarum nulla trium dierum terminum excedat, nisi tales causidicos reipublice causa abesse contigerit, quo casu quindecim dierum dilatio ex tali causa possit assignari, et si tres dilationes ob tales eorum absentias assignate reperirentur, quod per acta cause vel alia instrumenta et non aliter probari possit, nulla alia ulterior dilatio possit assignari. Et quo ad premissa eadem causa intelligatur principalis causa, protestationis et appellationis. Et hec vendicent sibi locum etiam in pendentibus causis. Statuentes insuper quod si procurator vel advocatus alterius partis hora earum in iudicio fuerit, deinde se a iudicio absentaverit, nullo modo detur dilatio parti petenti pro habenda exhibitione in iudicio dicti causidici, nisi iustissimum impedimentum per iudicem iudicialiter approbandum fuerit allegatum, quo

causi dilatio competens assignetur dummodo ea que sup(er)ius sup(er) trib(us)
dilationib(us) assignatis decreta sunt / nullatenus violentur.

viiij. ¶ De piis favorib(us) miserabilib(us) p(er)sonis (et) aliis paup(er)ib(us) in iudicio gratis exhibendis. Rubrica.

Cum iux(ta) omnipotentis precepta pauperibus et miserabilibus
p(er)sonis caritativa suffragia teneamur impendere / hac pia co(n)
stitutione decernimus q(uod) p(er) quamcu(m)q(ue) iurisdictionem h(ab)entem in quocu(m)q(ue) loco sit /
pauperibus et aliis miserabilib(us) p(er)sonis litigare volentib(us) singulis annis
incohandis in ebdomada sancta unus patronus / unus notarius et
unus preco omnimodo deputentur. Qui iuramento corporali p(re)stito
promittant pro predictis egentib(us) de suo officio liberal(ite)r deservire / nulla
spe premii aliqual(ite)r exquisiti. Ita q(uod) questiones incohatas p(er) alios patro
nos seu notarios teneantur ut sup(ra) / liberaliter prosequi / et si fieri pot(est) /
ad finem p(er)ducere. Hoc addito q(uod) si pro predictis egentib(us) fuit lata sententia /
adversarii temere litigantes p(ro)inde in expensis condemnentur ac si p(ro) dictis
egentes fuisset integre satisfactum de laborib(us) predictor(um) / ex qua condem
natione p(ar)tis advocato notario (et) preconi satisfiat. In quibus causis dictar(um)
egentium p(er)sonar(um) procedi possit et debeat summarie breviter simpliciter (et)
de plano / sine strepitu (et) figura iudicii / etiam diebus feriatis / dummodo
in honorem dei non introductis / sola veritate facti inspecta et omni solem
nitate / cavillatione et intricatione reiecta. Pauperes aut(em) seu miserabiles
p(er)sonas illas fore et intelligi decernimus quas tales esse p(er) iudicium
fuit declaratum. Que declaratio etiam ex eius officio informatione
sumpta / et nulla petitione sup(er) hoc facta / fieri possit / nulla forma iu
dicii penitus observata. Et talis declaratio in scriptis p(er) notarium
cause redigi debeat / et a tali declaratione nunq(uam) possit appellari / sup
plicari / reclamari / aut in integrum restitutio postulari / aut p(er) viam
nullitatis vel aliter quovis modo contraire. Et valeat ut sup(ra) dicta de
claratio / in quacu(m)q(ue) p(ar)te iudicii facta fore reperiatur. Et si predicti
advocatus seu patronus cause / vel procurator / notarius / et preco electi
renuerint tale officium acceptare / tunc p(er) iudicem compellantur sub
pena privationis officii p(er) annum (et) diem / quam penam illico incurrant
ip(s)o iure si non acceptaverint incontinenti facto precepto. Et predicta

sup tali declaratione fienda et sup ratione reddenda vendicent sibi locum etiam in pendentibus causis. Nec hanc Constitutionem p aliqua aliam que sit in hoc volumine intelligatur derogatum in aliqua parte.

X ¶ De officio et notariorum iuramento. Rubrica.

Provida ordinatione statuimus quod quilibet notarius assumptus vel assumendus ad officium vel ad scribendum acta maioris curie vel alterius cuiuscumque iudicij iuret ad sancta dei evangelia super scripturis judice sub quo scribere debet deficiente, in forma infrascripta videlicet. Juro ego .. notarius ad sancta dei evangelia quod bona fide et sine fraude, remotis odio amore prece et precio fideliter et veraciter scribam secundum meam conscientiam. Omnia acta et omnes scripturas spectantia et pertinentes ad meum officium nec dolo omittam, quin predicta scribam, testes bona fide interrogabo et examinabo, et secundum quod ab eis deponetur in scriptis redigam. Ea que ad eum pertinere videbuntur et seriem testimonij per ordinem scribam. Nec scribam dicendo, talis testis deposuit idem quod talis. Et dicta eorum bona fide celabo donec fuerint per iudicem publicata. Si dominus Locumtenens vel alius officialis michi aliquid commiserit vel preceperit quod ad meum pertineat officium, illud observare et adimplere curabo pro posse, et secreta et credentias domini Locumtenentis et aliorum officialium secretas tenebo. Et si consilium a me pecierint, bona fide eis dabo. Quo sacramento non prestito, non admittatur ad scribendum acta causarum.

XI ¶ De patronis cause et notarijs qui in iudicijs scribant admittendis. Rubrica.

Quia conveniens est taliter providere quod cause celerius expediri possint, et quod virtutes proborum conserventur et crescant, hac librata constitutione decernimus quod in potestate sit domini Locumtenentis coram eius officio creare advocatos, procuratores et notarios tot quot sibi videbitur cum iuramento. Hoc quod primo notarios examinari facere debeat per suum vicarium, et

Capitaneum cum iuramento in gramaticalibus / et bona ac sufficienti pratica notarie et iudiciorum stilo. Et si ad premissa repti fuerint sufficientes et ydonei / tunc admittantur ad officium scribendi in causis et litibus coram suo officio. Et hoc non obstante alia quacumque consuetudine / aut contrarietate hactenus observata / honestati contraria / et universitati litigantium quamplurimum preiudiciali.

·xij· Quod duo vel plures notarij non admittantur ad scribendum simul et semel in eadem causa. Rubrica.

Statuimus quod acta cause per unum tantum notarium / et non per duos vel plures scribi debeat / de quo partes sint concordes. Si non partes de ipso notario scripturo non essent concordes / tunc iudex unum notarium non suspectum ad id deputet / qui si suspectus allegetur / utrum suspitio sit iusta vel non / per iudicem diffinatur. Nec possint omnes notarij iudicij dari aliquo modo suspecti. In absentia tamen notarij qui consuevit scribere in causa / possit alter notarius non suspectus surrogari.

·xiij· De actis cause continuatis per notarios scribendis. Rubrica.

Congruum esse censemus / et ideo statuimus quod notarij acta scribentes coram domino locumtenente vel alio quocumque iudicio / teneantur et debeant acta cuiuslibet cause in proprio et speciali eiusdem cause libro sive Registro in forma autentica et per se scribere. Non autem diversarum acta causarum simul et commistim conscribere / unius cause acta cum actis alterius immiscendo. Qui non contrafecerit pena quadraginta solidorum quotiens contrafecerit curie applicanda / mulctetur.

·xiiij· De actis iudicij partibus etiam ex iudicium ostendendis et dilatione non danda pro copia. Rubrica.

Cum acta omnia iudiciaria debeant esse communia utrique parti exceptis testium depositionibus non publicatis / et interrogatorijs per iudicem admissis / per illam partem product

contra quam sunt testes producendi. Ordinamus quod quelibet pars pos
sit in iudicio et extra videre et examinare acta facta in iudicio, et teneatur
notarius satisfacto sibi precio competenti de suo labore, eisdem partibus dicta
acta ostendere ad eorum voluntatem, etiam extra iudicium, notario tamen
semper presente, et aliter non, vel eis copiam dare. Ad quorum actorum particularium
copiam recipiendam nulli detur dilatio si fuerint facta parte presente, vel contu
maciter absente. Nec propter hoc iudicium retardari debeat;

XV. De instrumentis quorum copia est decreta in iudicio non legendis. Rubrica:

Renovamus quod quando in iudicio est decreta copia aliquorum in
strumentorum vel aliquorum actorum in curia productorum, et postquam
eorum copia decreta fuerit, petat quod in iudicio illa instrumenta
vel acta legantur non audiatur, nec legantur dicta instrumenta vel acta
nisi prius opponatur contra predicta instrumenta vel acta aliquid ore
tenus et ibidem in iudicio.

XVI. De notariis compellendis dare copiam actorum.

Ordinamus quod notarii curiarum teneantur dare copiam eorum
que in iudicio producuntur post decretam copiam parti petenti,
ita tamen quod pars requirat a notario dictam copiam post
tempus decrete copie et ante diem termini superuenientis, satisfaciendo ei
dem de solutione competenti. Quibus requisitione, solutione, vel eius oblatione
sic factis, notarius sibi copiam non tradens cadat in penam quadraginta
soldorum curie illius iudicii applicandorum, salvo iusto impedimento per iura
mentum notarii comprobando. Et sibi alius terminus competens assi
gnetur, in quo si non fuerit exhibita, condemnetur notarius in centum soldis
applicandis ut supra, et pene in contumaciam aggraventur. Si vero pars in
petenda copia supradicta non observaverit, tunc ulterius nulla alia sibi detur
dilatio ad dictam copiam habendam. Ubi autem notarius requisitus copiam
paraverit, teneatur parti notario solutionem congruam impendere, sive illam
copiam acceperit sive non.

XVII. De notariis acta propinquorum scribere non debentibus nec ad pa
trocinia causarum admittendis. Rubrica.

Cum iudicia equa lance, omni suspitione remota, quo ad fieri pot debeant uentilari, hac luculenta sanctione decernimus. Quod nullus notarius ad scribendum assumptus in causis quibuscumque in iudicio uentilandis possit aduocatoris uel procuratoris officium assumere uel exercere, nec debeat aut possit talis notarius scribere aut ad scribendum admitti in causis agnatorum, cognatorum uel affinium suorum usque ad quartum gradum. Et si procurator uel aduocatus in causa fuerit pater, filius, frater, gener, socer, uel propinquus, aut nepos ipsius notarij uel econuerso, talis notarius similiter in causis in quibus talis extitit procurator uel aduocatus, ad scribendum nullatenus admittatur. Et notarius qui contrafecerit in aliquo predictorum, incidat in penam medie marche, cuius medietas curie loci, alia medietas parti cui non attinet notarius, applicetur. Et nichilominus scribere non ualeat.

·xviij· Quod ex occupatione notariorum non possint lites partium retardari. Rubrica.

Cum tabellionum officium non ad retardandum, sed ad auctorizandum iudiciorum processus fuerit institutum, statuimus quod si notarius aliquis ad scribendum acta iudicij uel testes examinandum, aut alia iudicialia faciendum deputatus, ex nimia sua rerum apprehensione aut ob diuersorum negociorum occupationem defecerit, uel se excusare uoluerit, aut denegauerit in congruo spacio per iudicem assignato testes examinare, et cum debita solutione exhibere parti uel partibus quarum interest copias instrumentorum aut scripturarum quarumcumque iudicialium uel extraiudicialium, per quas copias non traditas, lites aut negocia contingat modo aliquo retardari, idem notarius condemnetur et teneatur parti pro ea retardatione in media marcha solidorum. Si uero ex proposito, uoluntate uel studio que supra dicta sunt non expediuerit, tunc ultra dictam penam parti assignanda multetur in alia media marcha solidorum, curie illius iudicij applicanda, et ulterius contumaces penis grauioribus affligantur arbitrio iudicantis.

·xviiij· De ordine seruando per notarios in celebratione contractuum et quaternis eorum. Rubrica.

Diligentiam et notariorum fidem ob utilitatem publicam suscitare cupientes, renovando statuimus quod aliquis notarius contractum alicuius venditionis / emptionis / locationis / permutationis / transactionis / donationis / cessionis / pactorum / testamentorum / Codicillorum / aut alicuius alterius generis inter vivos / vel ultime voluntatis rogationem non pronunciet / vel stipulet sive comprehendat ceterum, Sed formam testamenti / contractus et cuiuscumque rogationis / vel saltem substantialia / prius in scriptis in libris suarum abbreviaturarum et non in cedulis redigat et conscribat / et postea ex scripto pronunciet / publicet atque legat. Et postea quisque notarius teneat in suo ordinato libro prothocolli redigere et extendere omnes rogationes sibi factas cum omnibus requisitis substantialibus consuetis / infra unum mensem a die facte rogationis / quo mense elapso / negligens pro qualibet rogatione in una marcha soldorum committet / cuius cum subest applicanda. Ad cuius pene solutionem ipsius heredes etiam teneantur. Ordinamus insuper quod quilibet notarius teneat et debeat Notas suas sive abbreviaturas scribere in quaterno ad dictas abbreviaturas scribendas apto et ligato / continente saltem quadraginta cartas. Siquis non contrafecerit / Testamenta / contractus / et quecumque alia rogationes in cedulis scribendo / seu cartis non compaginatis / vel compaginatis numero minori quadraginta cartarum / cadat singulariter in pena unius marche applicande domino sub quo ille residet / et postea si exhibeat in iudicio notam in quaterno non scriptam ut premittitur adhuc cadat in pena medie marche applicanda Iurisdictioni coram qua producet. Teneat etiam notarius dictis abbreviaturis signum suum ponere et nomen suum / attestando qualiter ille est quaternus suarum abbreviaturarum. Et similiter in notis suis in quibus per extensum scribere debet rogationes sibi iniunctas / rogationi cuilibet nomen suum subscribendo.

XX

De verbis redargutoriis quod sonantes non dicendis. Rubrica

Perpetua ordinatione statuimus quod nullus advocatus / vel procurator / nec aliquis principalis litigans in

iudicio audeat aliqua uerba reprehensibilia, uel redargutoria dicere uel proferre contra illos qui sententiat, ymo statim cum inceptum est sententiari, patroni et litigantes debeant quieto animo silere, et sententias audire, nec illas uerbo uel facto impedire, sed permittere iudicantes suam intentionem exprimere. Siquis uero ex patronis uel litigantibus contrafecerit, cadat in penam quadraginta solidorum, curie illius iudicii applicandorum. In quam penam incidens non audiatur donec ipsam non persoluerit.

xxj. De uerbis iniuriosis in iudicio dictis. Rubrica.

Statuimus quod si aliquis in iudicio protulerit uerba iniuriosa contra aliquem cuiuscumque conditionis existat puniatur pena unius marche solidorum, curie illius iudicii applicanda;

xviij. et nichilominus teneatur premissa taxatione per iudicem parti ad extimationem iniurie. Si autem contra officiales uerba iniuriosa prolata fuerint per quemquam, puniatur in viginti quinque libris applicandis officiali iniuriam passo. Et si realiter de factis ei fuerit illata iniuria atrocius puniatur, et ad extimationem iniurie nichilominus teneatur.

xxij. De penis notariorum recusantium dare instrumenta Rubrica.

Ne difficultate notariorum in exhibitione instrumentorum partibus facienda dilatetur, aut pereat ius earum, statuimus quod notarii habentes instrumenta alicuius partium ad requisitionem partis requirentis, teneantur parti petenti sibi exhibere iusta necessaria infra tres dies, sub pena quadraginta solidorum, quod si infra dictum terminum non dederit, mandetur sibi quatinus infra alios tres dies, et minus arbitrio iudicis debeat sibi dedisse data iusta sub pena medie marche. Et si non dederit, assignetur sibi alius terminus sub pena unius marche quod debeat dedisse infra alios tres dies, habita semper iusta solutione. Et predicte pene curie applicentur, et perseuerans in contumacia maioribus penis iudicantis arbitrio condempnetur,

xviiij. prouidendo tamen super predictis quod alteri parti facultas habende copie minime subtrahatur.

xxiii.

Q[uod] acta iudicij etiam sine testibus fidem faciant Rubrica

Constituimus et ordinamus quod quandocumque per notarium
curie acta iudicij fuerint conscripta / sive per iudicem /
sive per partes / sive apparente etiam aliqua contumacia / gesta
fuerint / tunc talibus gestis / aut pronuntiatis / etiam nullis
testibus adhibitis / qui in talibus actis per notarios scribi non de-
beant / plenaria fides adhibeatur. Exceptis sententijs Inter-
locutorijs a quibus secundum constitutiones et iura civilia potest
appellari / et exceptis sententijs diffinitivis que adhibitis
xxiiii. testibus conscribi debeant omnino.

De citationibus et qualiter contra contumaces procedatur / Rubrica

Equitatem iusticie observantes / et contumaciam inobe-
dientium punientes / statuimus quod si quis agere voluerit
aut querimoniam deponere contra aliquem habitatem
in Jurisdictione patrie forijulij / super aliquibus obligationibus alicuius
debiti / aut personalibus / vel alijs / aut actionibus realibus / citari fa-
ciat partem contra quam agere voluerit / cum libello seu cedula continente
petitionem agentis / seu quantitatem vel rem / per signa aliqua / quam
quis petere intendit / et ei mandari quod per se comparere debeat / aut
legitime per procuratorem ydoneum / ad certum diem / horam et locum /
sub pena .xx. soldorum in primo termino / In quo si non comparuerit
citetur similiter secundo / quod compareat determinato tempore / sub pena .xl.ta
denariorum / In quo secundo si comparuerit / antequam audiatur solvere debeat
xx.ti soldos curie consuete / et reficere expensas parti per iudicium illico
taxandas. Et si secundo citatus non comparuerit / citetur tertio per similem
modum / sub maiori pena / et ad negandum vel confitendum. In quo
tertio termino si comparuerit / non audiatur nisi solutis omnibus penis

dicte curie / et refectis omnibus expensis parti / quas si illico non solvit /
^ sup ^ vel eis in exordio non fuerit / contumax reputetur . Et si in tertio termino
in contumacia perseveraverit / tunc si debitum petitum / vel res que petitur coram
domino locumtenente / sit infra extimationem .L.ta librarum / et coram aliis
iudiciis / sit infra summam .xxv. librarum / talis contumax habeatur pro con-
victo et confesso / iurante tamen parti parte principali legitima agente /
se iuste habere debere id quod petitum est / seu rem petitam ad se spectare
ex legitima causa . Super autem quantitatem vel extimationem petitam / con-
tumax non intelligatur convictus nisi parti facta fide de eo quod petitum est per
publica instrumenta / vel testes / vel probationes legitimas / quam fidem
si ibidem facere non possit / illa facere valeat quocumque tempore tamen debito /
ita et taliter quod etiam lite vere non contestata / fieri possint quecumque probationes
contra contumacem / postea tamen ad illas adhuc legitime citatum
secundum formam iuris . Et si interim predictus contumax comparuerit / admit-
tatur ad proponendum defensiones legitimas legitimas / expensis et gua-
diis primo integraliter persolutis . Et ex tali comparitione non revo-
cetur aliquis processus factus contra contumacem / qui in hoc quo ad
modum procedendi validus censeatur . Et predicte citationes legitime
reputentur si in aliqua earum contentus fuerit personaliter repertus et ci-
tatus / sibi vel ad eius domum cedula dimissa / vel eo sciente / ad do-
mum alicuius suorum vicinorum . Si vero in primis duobus terminis non fuerit per-
sonaliter citatus / nec in tertio termino possit personaliter citari eo quod non
reperitur ad domum sue solite habitationis / tunc pro illa tertia vice
citari debeat per publicam proclamam ad domum sue habitationis / et super
platea loci / data vel dimissa ibidem cedula / vel ad certum locum et certam
diem comparere debeat post decem dies / computandos a die dicte ci-
tationis exclusive . Et si in aliqua ex primis duabus citationibus
fuerit personaliter citatus / tunc in tertia citatione possit actor facere reum
citari ad terminum quem voluerit sine aliqua proclamatione / ibidem
tamen vel supra cedula dimissa . Factis vero supradictis tribus citationibus /
et terminis assignatis predictis / possit si voluerit / et valeat actor pro-
cedere quemadmodum si foret vere lis contestata / videlicet vel ad quecum-
que actum iudicii procedere voluerit / faciat semel reum citari per-
sonaliter / vel ad domum ad expeditionem talis actus / vel per proclama
publicam si habitationem non habet . Et talis actus expeditus in eius con-
tumaciam / eundem habeat effectum quem haberet si presente illo qui

contumax fuit / factus foret . Et quod talis contumax in viidecto
positionibus habeatur pro confesso si in contumacia persistit usque ad
sententiam . Et si aliquo tempore / talis in tanta pertinacitate contu-
macie perseveras / comparuerit ante sententiam / nunquam audiri de-
beat nisi primo solutis guadiis et omnibus expensis / per sacramentum
partis taxandis a iudice / processu tamen tamen effectum quo ad or-
dinem habente ut supra est expressum . Aut si parti agenti post
dictas tres citationes videbitur expedire / eligere possit viam iuris
communis contra contumacem / aut videlicet in actione reali petere possit
se poni in possessionem rei petite . Et si talis contumax infra
annum venerit ad iudicium / et de iudicio sisti sufficientem et
ydoneam prestiterit cautionem / ac guadiarum et expensarum integram sa-
tisfactionem fecerit / possessionem recipiet . Et si infra annum a die
facte missionis / premissa non adimpleverit / actor transacto anno /
verus possessor constituatur super proprietate duntaxat adverse parti
contumaci defensione legitima reservata . Si autem actione personali
agatur / mitti possit pars agentis si voluerit / in possessionem bonorum
mobilium contumacis / vel immobilium si forte mobilia non habeat /
pro modo debiti per sacramentum agentis declarati / et usque ad sum-
mam expensarum factarum / quam missionem pars contumax ante diffinitivam
sententiam super inde latam / recuperare possit / solutis integre expensis et
guadiis / et de iudicio sisti / et iudicatum solvendo / sufficienti et
ydonea cautione prestita / ita tamen quod elapso anno cum agitur personali
contra contumacem / per iudicem declarari possit agentem posse fructus
lucrari / quousque dicta missio fuerit legitime revocata . In premissis
tamen ubi actor fructus non lucratur / missus in possessionem sive in reali
ante annum sive in personali debeat actor quamdiu durat contumacia /
huiusmodi rei custodiam / et fructus colligere et eos conservare vel distrahere prout
iudicio videbitur . ut tedio affectus reus veniat responsurus . In quibus
fructibus observetur prout a iure communi dispositum est . Ut videlicet percepti
post annum in reali sint actoris / et in personali similiter post declara-
tionem iudicis ob nimiam absentis contumaciam . Et possit etiam habere locum
missio in possessionem contra contumacem secundum formam iuris communis / si petetur
cautio damni infecti / vel de prestandis debitis / vel legatis / vel fidei
commissis conditionalibus / vel in diem certum futurum debitis . Vel si agetur
aliquo interdicto / vel remedio ad possessionem recuperandam . Vel interdicto

in rem scriptis / vel actionibus mixtis ageretur . Et si materia cause de
qua agitur esset talis nature in qua contra contumacem per missionem in
possessionem secundum ius com. / non esset subveniri actori / tunc contra contu
macem ad diffinitivam sententiam valeat perveniri ut superius est expressum
vel ad alia remedia iuris communis prout utilius actori videbitur / Ita
quod sit in agentis arbitrio contra contumaces et nolentes parere iudicio contra
quos rigor observandus est / vel uti beneficio istius Constitutionis ubi
aliter disponit quam a iure com. sit provisum vel iuris com. remedijs uti
contra dictos contumaces . ¶ Cum autem aliquis non habitans in iurisdictione
patrie ad petitionem alicuius contra eum querimoniam exponere volentis citari
petitur sive sit vagabundus / sive etiam notum sit ubi moretur predictus /
tunc talis absens in platea loci ubi iudicium redditur / et etiam ante
domum sue solite habitationis siqua est / alta voce primo citetur cum cedula
tribus vicibus / et pro qualibet citatione habeat spatium xv. dierum con
tinuorum ut veniat legitime et peremptorie ad iudicium responsurus conqueri
volenti . et quod citatio secunda fieri non possit nisi primo termino xv. dierum
elapso . Et si dies termini esset feriata / sequens non feriata pro termino
habeatur ut supra . Et supradictarum citationum forma in primis citationibus
faciendis observetur . Si vero post supradictas citationes citetur quis ad pro
cedendum in causa / tunc sufficiat una citatio personalis sibi / vel ad domum
facta infra terminum competentem arbitrio iudicis / In qua cedula exprimatur
ad quem actum singulariter ad procedendum debeat comparere . Aliter citatio
facta non teneat / nisi preceptum per iudicem alicui presenti in iudicio ut compa
rere debeat certa die ad procedendum in causa / quo casu simplex preceptum iu
dicis alicui presenti factum sine cedula sufficiat . Non autem sufficiat simplex
mandatum iudicis alicui presenti factum pro prima citatione / sed fieri
debeat per cedulam ut supra continetur . Relationes autem citationum /
et presentationum litterarum et cedularum possint et valeant poni in iudicio
et extra / presentibus partibus et absentibus facte notarijs curiarum / quas relationes
notarij teneantur in actis cause scribere et eorum scripturis sicut et ipsis preconibus
qui presentaverint et citaverint / adhibeatur in iudicio plena fides . . Per
missis autem exigantur obligationes seu debita de quibus quis se vocavit
venerit convinctum secundum morem patrie / et Contractus veri depositi /
et cetere omnes cause pauperum et miserabilium personarum et alie in quibus
potest procedi summarie seu breviter et de plano / sine strepitu et figura
iudicij / In quibus procedat et procedi possit etiam secundum formam
Constitutionum super illis editarum si et prout utilius videbitur actori /

declarantes quod si cause mote erunt valoris unius marche ut ab inde infra. de quo valore stet declaratione iudicis quod tunc valeant et fieri possint citationes per solum nuntium absque cedula aliqua.

xxv. Quando citationes et relationes earum fieri possint. Rubrica.

Statuimus quod singulis diebus et in quibuscumque feriis possint fieri commissiones citationum et relationes earum pro diebus iuridicis exceptis infrascriptis feriis videlicet in die nativitatis domini nostri yhesu christi et die precedenti cum duobus diebus sequentibus. In festo resurrectionis eiusdem cum duobus diebus precedentibus et duobus diebus sequentibus. In assumptione beate Marie virginis et in festo corporis christi. Ascensionis domini. Sancti Marci evangeliste. Sancti Johannis baptiste. Penthecostes cum duobus diebus sequentibus. Et intelligantur hec offitiales publici commissionem citandi eo ipso quod referunt se de commissione iudicis aliquem seu aliquos citasse ad aliquem actum iudicii.

xxvi. De modo citandi communitates. Rubrica.

In citandis Communitatibus universitatibus seu Collegiis fiant cedule modo contento in superiori Constitutione. Et sufficiat presentari cedulam decano ville aut offitiali maiori, et etiam publica proclamatio fiat per nuntium cedule in platea terre seu loci cuius Communitas citatur. Et si dies termini citationum supradictarum inciderit in diem feriatam sequens non feriata et iuridica qua sunabit audientia curie habeatur pro dicto termino et procedi possit. Et predicta citatio sic modis predictis facta reputetur legitima et sufficiens in omnibus quibuscumque causis in quibus aliquis habitator dicti et districtus sui esset citandus, quibus citationibus sic premissis et factis reputentur sic citati non comparentes contumaces. Et possit procedi contra eos tamquam contra contumaces. Constitutionibus et consuetudinibus aliquibus in contrarium editis vel observatis non obstantibus.

xxvii. De cautione prestanda per forenses. Rubrica.

Ordinamus quod quilibet forensis ut non habitator in iurisditione patrie Foriiulii teneatur facere securitatem de expensis re-

fiiendis et restituendis reo / ul dare pignus ul eo iurante se no posse donec cauere ut sup tunc de pmissis iuratoriaz cautonez pstare debeat si statuibucit in ca / aut si instantia cause pierit / Als forensis agē uolens nullaten audiatur.

xxviii. De simul producendis pcuratorijs / substitutionib3 / tutelis et alijs quib3 mandatoz / et copia pti aduse danda ul neganda / Rubrica

Accurate atq3 celeri in caus procede cupientes statuim9 q quacuq3 aliquis tutorio / actorio / curatorio seu pcuratorio nomie / ul alio quacuq3 quie mandatoz / comparuerit in iudicio / agendo ul defendendo / omia mandata z instrumenta facientia ad legitimatoez sue psone producere z exhibere in primo termino teneatur. que producto facta intelligatur seu fieri possit / si constabit de hilitate psone ex actis alicui notarij ad officium iudicij residentis / quoz copiam nisi pars contra quā producunt / tunc ibidem petierit / ulterius de hijs de quib3 copiam non petierit dilationem ad habendum copiaz hre non debeat. Sed ad legitimatoez psonaz eis cuis / p iudicem iuridice procedatur / nisi legitima exceptio debito tpe opponatur. Et idem obseruetur in copia danda reo / quacuq3 actor simul et semel ad probatoz sue intentonis plura instrumenta produxerit ut iudicet de instrumentis quoz tunc copiam no petierit / ulterius pro opponendo copiam no ualeat obtinere. Et econuerso. idem seruetur in copijs productoz in publica forma pro pte rei dandis actori. Et hāc locum etiam in pendentibus.

xxviiii. De termino ad opponendum contra mandata / concedendo uel non Rubrica.

Decernimus q de procuratorio ul alio mandato facto in iudicio / ul extra / parte pte / nulla copia detur pti petenti / sed ibidem legatur in iudicio z legitimet mandatum uel reprobetur. At ubi procuratorium ul aliud mandatuz factum fuit in iudicio ex / pte aduersa ul absente / tunc si pars que fuit absens petat copiam dicti mandati / eidez detur cum termino ad opponendum ad tertiam diem iuridicam proximam sequentem / die statuti termini computato et no ultra. Et infra dictum terminum opponat quicquid oppone uult / et ulterius non audiatur opponens contra dicta mandata causa iudicij differendi.

xxv. ¶ De negantibus psonas fore legitimas i iudicio. Rubrica

Aduertentes ad constitutionem antiquam ordinamus qd quandoque
aliquis opponat in iudicio qd non sit legitima psona ad agendum
seu ad defendendum / tunc in processu cause et post litis contesta-
tionem in iudicio facta petat p aliqua pte sibi fidem fieri de mandato eius
qui comparet in iudicio qd sufficiat fieri fidem p instrumentum mandatum
ptinens / vel p partem continentem iuridicam legitimatorem psonarum predictarum
quorum copia si tunc ei opponendi petat / nullatenus decernatur ne iudicium
retardetur / etiam tamen notarius requisitus pti petenti hita solutione tri
buere teneat ex iudicium si fiunt instrumenta tutellarum / vel curatorum
generalium . quia ppt solemnitates a iure requisitas in talibus si forent
omisse possit pti magnum preiudicium generari / Addentes qd notarius cause
apud quem in iudicio producitur aliquod mandatum / teneat et debeat
in actis cause scribere nomina omnium mandatariorum in mandato cuiuscumque ge
neris producto contentorum / Et utrum sit vel sint spalis vel generalis ad cau
constitutus vel constituti / Ac etiam Millesimum / annum et diem facti
dicti mandati / et nomen notarii qui compillauit et publicauit dictum
mandatum / Et qd legitimato uno ex mandatariis et autentico iusto
mandati / intelligantur omnes alii mandatarii in eodem otenti legitimati /
Nisi aliqua exceptione legitima opposita contra psonam alicuius ex man
datariis p sniam repellerent / et ipi legitimationi in actis scripte ut
pfertur adhibeat in tota illa ca principali et appellationis plena
fides / etiam si mandatum aliter non producitur;

xxvi. ¶ De procuratore compellendo ad procedendum post sus
sceptum mandatum. Rubrica

Antiquam Constitutionem approbantes statuimus qd siquis
absens decreto fuerit ostitutus procurator / sindicus vel actor i
causa in qua mandatum illud suscepisse ostiterit / procedere
compellatur / et cum ipo tamquam cum legitima psona procedi possit etiam
si renuntiaret / nisi iustam causam renuntiandi haberet quod p iudicium
diffiniatur / dummodo de legitima reuocatione ipius a dno facta expsse
non ostet . Et insurgenti ex pte actoris . assentique se non fore infor
matum de iuribus sui principalis dilatio pro informatione susci
pienda non concedat . Et habet locum etiam in pendentibus causis . Addi
cientes qd siquis fuerit legitimatus in iudicio / p aliquam comparitionem
dni in iudicio factam / non intelligatur reuocatus . nisi de reuocatione

expressa p dominum facta in actis iudicij constet p publicum instru
aut prothocollum notarij in iudicio productum. Et qd in qualibet pte
litis possit citari tam principalis qz procurator altero tamen eorum com
parente sufficiat. Et dno agenti aut procuratori nulle dentur in-
duciae ex eo qd assereretur se velle informari unum ab alto.

xxxij. ## Qué etas pro alio comparenti dicatur sufficiens. Rica.

Declarationem antique constitutionis annectentes statuimus qd
nullus minor annis viginti possit esse actor / Curator / Syn
dicus vel procurator ad lites seu cas / et quicquid cum eis
factum fuerit ipo iure no valeat et nullum sortiat effectum / nisi
pte no opponente p iudicium legitimat' extiterit. Maior autem
viginti annis etiam filiusfamilias / et sine consensu pris possit esse
nomine alieno i iudicio ad cas z litigare. Ita tamen qd ex hoc no
obligetur pr / nec ei' pris bona obligari possint. Et hac locum etia i
pendentibus cais.

xxxiij. ## De obligatis ad respondendum in pluribus locis. Rica.

Ut vexationibus et detrimentis que in pluimum cu honestate
no possent inferri / obviem' / hac salubri decision statuim'
qd si aliquis debitor in publico instrumento se obligaverit
ad solvendum seu respondendum coram diversis dominijs et in pluribus
locis / qd eo casu conveniri tm possit i loco celebrati instrumenti si ibidem
satisfacere se obligavit / vel in loco ubi fuerit contraxit / vel in loco sui
domicilij. Alibi aut nu deum conveniri possit et in alio foro si ibidem
psonalr repert' fuit p creditorem vigore obligationis i instro contente.

xxxiiij. ## De libelli oblatione Rubrica.

Expeditis preparatorijs iudiciorum. Statuimus qd in quacumq
ca cui' quantitas vel extimatio sive preciu excessit Quin-
quaginta libras solidorum / porrigat libellus in iudicio p
actorem coram dno locumtenente vel citatorem ptis conventie. Exceptis
cais de iure civili vel constitutionum forma sumarie decidendis i quibus

libellum in scriptis offerri non oporteat. In quibus et in aliis causis que sint minoris quantitatis vel extimationis Quinquaginta libris sufficiat qualis qualis petitio verbotenus in iudicio producta, que per notarium in actis describatur, et reputetur legitima quocumque modo excepta sit, dummodo constet de intentione petentis, super qua sola veritate inspecta, summarie cognoscatur. Et si in premissis dubitaretur de valore rei in iudicio deducte, stetur declarationi iudicis, etiam ex officio suo super hoc summarie fiende. A qua declaratione non possit appellari, vel contradici, vel nullitas allegari, sed ei stetur omnino isto casu.

xxv. De producendo scripturas duplicatas Rubrica.

Ordinamus quod si pars porrexerit in iudicio libellum, positiones, articulos, vel exceptiones, vel alia quecumque scripturam non autenticam quam producere voluerit in iudicio, cuius copia danda sit parti, debeat ipsam producere duplicatam et unam apud acta relinquere, aliam vero dare parti petenti sibi editionem fieri, et debeat ille scripture auscultari si sint concordes parte hoc petente.

xxvj. De confitentibus debitum in iudicio Rubrica.

Quoniam cum sponte confesso quam cum convicto mitius est agendum, decernimus quod si in iudicio citatus in primo vel in secundo termino vocavit se convictum, ei unius mensis terminus assignetur ad integram satisfactionem actori, prestita primo ydonea fideiussione de solvendo ad terminum stabilitum, quo transacto, fieri possit executio contra principalem debitorem vel contra fideiussores in electione creditoris secundum formam Constitutionum de hoc loquentium. Ubi vero fideiussio ut supra non prestaretur, tunc in confessum dicto termino non prestito, illico fiat executio secundum formam iuris et Constitutionum presentium. Et premissa vendicent sibi locum

in compatriotis tm. Et in cuius summam xxv libraram excedentib.
Ab inde uero infra dilato arbitrio iudicis assignet secundum conditiones
personarum et cause duratione mensem non excedat.

xxxvj De dilationibus dandis post porrectum libellum Rubrica

Constituimus et ordinamus quod porrecto libello in causis
in quibus iure ordinario procedit presidens iudex statim sta-
tuat reo terminum trium dierum ad deliberandum et oppo-
nendum in scriptis et alias non sonnico exceptiones que litis contesta-
tionem impediant in forma impediendi processum, et ad videndum
ipsi libello si exceptiones non fient, vel fient, et non admittent per iudi-
cium. Et si infra dictum terminum comparuerit nullasque excepto-
nes opposuerit tunc teneatur respondere libello. Si autem respondere
recusauerit tunc sit in electione actoris an velit haberi litem pro con-
testata, ita quod ad diffinitiuam sententiam factis debitis prohibitionibus, per-
ueniri possit. An velit quod procedat contra ipsum reum ad missionem
in possessione vel aliter velliti procedit secundum formam constitutionis
contra contumacem. Sed non responderit libello, tunc ipso facto actor pro-
ducat in scriptis positiones suas iuramento interueniente quod cre-
dit illas veras esse. Dictis autem positionibus et aliis per alterutram partem
productis in qualibet parte litis siue procedatur summarie siue non,
si pars principalis que cum iuramento eas produxit, voluerit et pe-
cierit principalem personam per semetipsam respondere, si erit in patria
Foriiulii, teneatur comparere per semetipsam, et respondere die ad
quam citata fuerit de commissione iudicis quia principalem personam
procurator suus debeat facere ad hoc personaliter comparere. Si autem pars
principalis per seipsam respondere in iudicio recusauit, aut eius
procurator non fecerit presentem ad respondendum legitime, dicte posi-
tiones habeantur pro confessatis. Exceptis personis infirmis aut
valde debilibus, prelatis, militibus et dominabus qui vel que com-
parere personaliter in iudicio non cogantur. Sed iudex de loco honesto
prouideat et illuc vadat si sibi videbitur ad fraudes tollendas
vel notarium curie mittat pro responsionibus personaliter faciendis.
Et si pars non esset in patria Foriiulii, tunc procurator eius admittatur
ad respondendum, nisi pars aduersa voluerit probare ipsum esse in patria
qua tunc si probauerit infra sex dies inclusiue pars principalis com-
parere et respondere teneatur ut supra. Et qui contra veritatem

allegaunt illam aliaz ptem esse extra patriam condemnet in una marcha soldor. cuie applicanda. Pr aut que defecit i probatione qd sit extra priaz, in media marcha applicanda uts ipletaty.

xxviij De iuramento calumnie. Rubrica.

Ut certum fieri potest ueritas deducat in lucez, statuimus qd si causa ualoris ab una marcha sup agitabit, qd illico post litez contestataz iuramentu calumnie legiame pae stetur si fuit requisitum. Et si aliqua ps litigantiu interrogata fuit in positionib ul alijs ptib cause, de eo quod sit notorium ul de quo fuit fama publica in loco ubi iudiciu agit, vel ubi ptes ul alta earz que respondere debet, hnt ul ht domicilium, et illud negatiu fuit, soluat libras quatuor soldor. cuie applicandas toties quotiens fuit interrogat et negauerit. Dictuz aut calumnie iuramentum sub hac forma prestetur. procuratorib utriusqz ptis etiaz in aias eorz iurare debentib, et cuilibet alri interedenti noie suo, ul alterius. Videlicet qd putant et re uera credunt ptez sua fouere iusta causam, et causaz clientuli sui no fore mendacib allegationib compositaz, et qd propter nulla mala causam causam patrocinabunt.

xxviiij De allegantibus manutentores. Rubrica.

Statuimus qd si aliqua psona ul Comitas citata fuit in quacuqz ca, et manutentorez allegauit post petitoem actoris qd statim ipi reo assignet terminus sex dierz ad respondendu dcte petitoni, et ad denunciandu suo allegato manutentori p cedula eidez psonalr ul ad domu portandaz ut litez que sibi mouet, ueniat in die supradicti termini defensurus. Qui si uenerit et se manutentorez confess fuit, iudiciu assumat et in ca procedat hoc modo uidelz qd petitoni actoris respondeat noie rei conuenti, et etia suo noie pro suo interesse et sic p se ul p procuratorez legitimu procedat in ca. Et quascuqz probationes, defensiones et iura debito modo producere possit. Et manutentore in ca succumbente, sina praeiudicet eidem, et etia Reo principali,

Si ab ea manutentor non appellaverit quam appellationem inter-
ponere et prosequi ipse manutentor et non reus teneatur si hec reus no-
luerit. Si vero se manutentorem confessus fuit sed noluit ut supra
in causa procedere, tunc reus principalis conventus procedat in
iudicio et iura sua et defensiones bona fide faciat et produ-
cat, quo cum reo in ea succumbente sententia contra eum lata sive
iusta sive iniusta etiam si ab ea non sit appellatum manutentori
qui labores iudicii voluit aufugere preiudicet quo ad interesse
ipsius Rei principalis consequendum. Possit tamen manutentor
pro suo interesse se appellare et appellationem prosequi si voluerit.
Et si in ea appellationis obtinuerit contentus esse debeat reus prin-
cipalis re illa de qua est litigatum consequendo etiam expensas et
interesse debitum prout a iudicio taxatum extiterit. Si autem manu-
tentor nominatus ut supra citatus in dicto termino non comparuerit vel comparens
se manutentorem negaverit, statuatur terminus quindecim dierum continuorum.
Subtractis feriis Nativitatis domini et Resurrectionis, vindemiarum
et messium, ipsi Reo die statuti termini non computato, infra quem
nominans ita processisse debeat cum allegato manutentore, quod declaratum
sit an manutentor esse debeat in iudicio. Quod si infra dictum spa-
tium quindecim dierum dicta manutentionis differentia non fuerit
terminata, tunc reus principalis in causa principali procedere teneatur.
Salvo sibi iure quod habet contra suum manutentorem. Et hac causa prin-
cipali non obstante valeat ipse Reus cum suo manutentore datis eciam
aliis dilationibus prout iudici videbitur expedire in manutentionis
causa procedere. Et si contingat quod manutentor in causa manu-
tentionis succumbat et ulterius quod sententia contra reum in causa principali
proferatur, talis sententia dicto manutentori quo ad ipsius rei totale
interesse consequendum plene preiudicet, etiam si ab ea non extiterit
a Reo appellatum. Predicta vero etiam observentur in manuten-
toribus alios manutentores allegantibus. Possit tamen predictus
manutentor negans appellare pro suo interesse infra tempus
a iure statutum a sententia lata contra reum principalem ipsius
manutentoris sumptibus et expensis.

De allegantibus manutentores qui sunt extra patriam. Rubrica.

Manutentores

Manutentores ex patriam existentes siquis allegauerit petens illos citari et ad iudicium uocari / teneatur et debeat infra tres dies continuos die allegationis computato / illos nominare / et fidem in iudicio facere quod sint manutentores / que tamen probatio ipsis manutentoribus nominatis non preiudicet . Et tunc per iudicem decernatur an dicti manutentores sint citandi . Et declarato quod sic / tunc citentur ipsi manutentores absentes / siue sint uagabundi siue notum sit ubi morentur / in platea loci ubi iudicium agitur et ante domum sue solite habitationis siqua est in patria / alta uoce preconia cum cedula tribus uicibus / prima uice ut compareat quintadecima die iuridica computanda a die proclamationis / illa die non inclusa / sub pena viginti solidorum . Secunda uice ut compareat quintadecima die iuridica computanda a die secunde proclamationis / illo die non incluso sub pena quadraginta solidorum . Tertia uice ut compareat quintadecima die iuridica computanda a die tertie proclamationis / ad negandum uel ostendendum predicta et se constituendum manutentores . Premisse autem cedule affigantur qualibet uice in platea . Quas quidem proclamationes teneatur et debeat dictus nominans fecisse fieri usque ad dies sexaginta inclusiue / a die nominationis / et illo non computato . Quibus sexaginta diebus elapsis ipsis manutentoribus in terminis eis statutis non comparentibus / teneatur nominans si fieri fecerit dictas proclamationes siue non / in se iudicium suscipere / et procedere aut deductione suo usque ad finem litis inclusiue . Et eo casu nominati per eum si non comparuerint / intelligantur et sint ipsi manutentores conuicti penitus ac si partes fuissent et iudicium in se suscepissent et personaliter conuicti fuissent . Ita quod non possit alle allegari per manutentores de iniustitia sententie contra reum late qui bona fide iudicium egit / que bona fides presumatur nisi dolus eius rei propriis indiciis comprobetur . Nec possit allegari quod omissa sit appellatio aut eius prosecutio . In casu autem in quo comparuerint legitime in aliquo dictorum terminorum / procedatur secundum formam Constitutionis proxime precedentis . Predicta autem locum habeant nisi pars aduersa allegantem manutentorem infra dies certo probare uoluerit esse in patria / quod si non probauerit / puniatur in media marcha curie applicanda . Si non probauerit / puniatur allegans eum esse extra patriam in marcha una solidorum applicanda ut supra.

De reo in iudicio dominum nominante Rubrica .

Statuimus quod si uocatus ad iudicium reus non allegato exfortio / in causa deducta / nomine alieno se dixerit possidere / debeat talem dominum nominatum in iudicio facere ante litem contestatam uel pro contestata habitam / cui nominanti iudex congruam dilationem assignet ad intimandum absenti litem motam . Et ut talis absens ueniat per se uel procuratorem ydoneum ad procedendum in causa .

Que dilatio si data non fuerit / uel si data fuit / et absens ut / sup noiat
non uenerit / tunc ad instantiam actoris absens citari debeat / et contra
ipsum noiatum pntez si i iudicio p se uel p procuratorez legitimu compa
ruerit / aut si qtumax fuit / pcedi possit z debeat scdum forma iuris
et Constitutionum sup hijs editarl. Saluo qp si de exforcio ageret / tunc
pcedi debeat prout in eius exforcij spali est prouisum.

xlij. De conseruatoribus Rubrica.

Ordinamus qp siquis promisit alicui debitori ipum qseruare indemnem de aliqua re / facto uel debito / statim cum creditor egerit contra debitorez principalez possit ipe debitor iudicialiter artare suuz qseruatorem ut ipum principale debitorem qseruet idemnem. Et qua forma procedit contra reum / possit ipe similiter procede q suum conseruatorem. Propt hec tn creditoris iudicium no retardet. Si uo aliquis se obligauerit creditori ipum oio qseruare indemnez respectu alicuius obligationis quam hat contra tertiaz psonam / tunc sit i electione creditoris elige utrum eorl malit qeuenire.

xliij. De dilationibus dandis actori et reo Rubrica.

Finem celerem litibus cupientes impone ordinamus qp si actor de sua intentione probare uoluerit / teneat infra terminum quindecim dierum continuorl subtractis ferijs Natiuitatis dni z Resurrectionis / Messium et vindimiarl producere z produxisse instrumenta / testes / et omnia iura que credit ad sua cam ptinere / et quibus uti intendit. Quo termino elapso / no admittat uolens producere testes / uel instrumenta / uel alia iura producere / nisi appareat de legitimo impedimento sacramento ptis / uel alia si iudici equm esse uidebit / comprobando. Quo tali impedimento probato / statuat terminus octo dierum ad producendum z probandum quicqd producere z probare uoluerit. Et ulterius uoles procedere uel probare sup propositis et petitis / no audiat / nisi aliud euidentissimu impedimentum appareat approbandu ut s. Et isto casu alt terminus breuis z pemptorius semel tm / iuxta negotij circumstantias ei p iudicium statuatur. Quo elapso / amplius no audiat / etia quacunqz impedimento allegato uel probato.

Reus autem si uelit probare p testes ul p instrumenta aut alr de sua intentione, tunc idem reus possit tam i dilation data actori ut s. que sit cois, q infra terminum . xx. dierum continuorum reo assignandorum excepcis ferijs supradictis, sicut supra dictum est, i termino actori limitato, computandorum a die lapsus termini . xv. dierum continuorum actori assignati producere et probare quicquid uoluerit. et ulterius nichil possit producere nisi iustum impedimentum interuenerit, p sacramentum ptis si iudici uidebitur, comprobandum. Et impedimento interueniente, alius terminus decem dierum continuorum assignetur sibi ad producendum et probandum quicquid producere et probare uoluerit. Quo elapso, nichil possit producere ul probare sup propositis, exceptis et petitis p eum nisi constet aliud euidentissimum impedimentum, qd utrum iustum sit, p iudicem maturius dirimatur, et eo casu alius terminus breuis, arbitrarius peremptorius semel tm p iudicem psignatur. quo elapso, ulterius non audiatur. etiam quocumque impedimento p eum allegato ul probato. Et in premissis quilibet terminus datus reo sit etiam cois actori, ut paritas in iudicijs obseruetur. Et lapsis omnibus predictis dilatoribus assignatis actori ul Reo, si testes iurati non deposuissent, adhuc p iudicium possit dari dilatio ad faciendum deponere testes iuratos eius arbitrio dummodo quinque dierum terminum non excedat. Et pdicta obseruentur in quibuscumque causis. Exceptis causis Instrumentorum conuentionis, depositi, Iurium dnarum, Emarum arbitramentarum, Exfortiorum, pauperum et miserabilium psonarum, et aliarum in quibus sumarie procedi debet secundum formam Constitutionum superius editarum.

iiij

De actore renuntiante termino ei limitato. Rubrica.

Omnem pplexitatem uolentes subducere, statuimus q si actor renuntiauerit termino xv. dierum sibi limitato, secundum formam precedentis Constitutionis, talis renuntiatio reo non preiudicet quin possit uti dicta dilatione, et ulterius terminus xx. dierum ipi Reo limitatus i Constitutione precedenti, incipiat ipo iure ei currere post expirationem dilationis. xv. dierum que primo actori fuerat assignata. Et dicti termini actori et Reo limitati et alia tempora eisdem limitata ad producendum ul pbandum

curant et curie intelligant etiam si aliquis ex eorum testibus productis dixerit se uelle cogitare et deliberare an quod deponat / et terminum obtineat pro predictis ;

.xlv. De terminis assignandis ad opponendum et excipiendum Rubrica

Superfluas intricationes resecantes / ordinamus quod omnes oppositiones et exceptiones producantur in scriptis / et si quis opponere uoluerit contra processum / testes / depositiones / uel instrumenta producta / assignet tunc dilatio que decem dierum terminum non excedat / in qua si partes / uel earum aliqua opposuerit / et dicat opponens se opposita uelle probare / iudex ad ea probandum et probatum producendum / statim terminum statuat opponenti eius arbitrio / dummodo ipsa dilatio .x. dierum terminum non excedat . Quibus dilationibus elapsis / nolens opponere uel probare / nullatenus audiatur / nisi ad allegationes iuris faciendum / et ad assumptionem sapientis faciendam si fieri debebit et poterit de iure .

.xlvj. De pena fraudem committentium Rubrica

Ut fraudulose allegationes et protelationes que mediis in iudiciis fiunt / de medio subtrahantur / inuiolabili constitutione decernimus quod qui acceptis induciis ad exceptiones probandum / uel manutentores producendi / in probando uel producendo defecerit / in expensis ex hac protelatione passis per partem aduersam / eidem illico condemnetur / et immediate taxentur / et ultra hec .xl. soldorum curie applicandorum / pena multetur .

.xlvij. De negantibus acta curie Rubrica

Decernimus quod si aliquis negauerit acta iudicii que postea facta fuisse appareat .xl. soldorum pena parti applicandorum illico patiatur . Nec in iudicio audiatur nisi dicta pena prius fuerit persoluta . Si uero quispiam probare uoluerit contra acta in iudicio scripta / uel aliqua plus facta fuisse quam scripta sint / uel plus in actis scripta quam gesta fuerint / infra sex dierum continuorum spatium talem probationem debeat perfecisse / quam si non fecerit ulterius non admittatur .

Et pena medie marche et expensarum parti applicanda subito ca-
stigetur. Et acta intelligantur citationes, relationes, processus et pro
cessus facti in presentia, uel contumacia partis adverse. Et habeat locum etiam
in pendentibus.

xlviij. ## De mandatis et actis iudicij per testes non probandis Rubrica.

Statuimus quod mandata procuratorum, actorum, sindicorum,
Curatorum, Tutorum, et aliarum quarumcumque personarum nomine
aliorum in iudicio interuenientium, et legitimationes ipsorum, pro
bari non possint per testes, sed probentur per scripturas. Et quod acta in
iudicio uel coram arbitris aut arbitratoribus facta parte presente, uel
contumaciter absente, probari non possint per testes, nisi illa acta
que quis probare velit per testes fuerint facta infra .xx.ti dies proxime
precedentes diem qua dicta probatio concedi petitur. Quo casu sibi
concedatur probationis facultas infra sex dies peragenda, non com-
putato die sex dierum probationis concesse.

xlviiij. ## De allegantibus terminum probationum non expirasse Rubrica.

Reformando statuimus quod si aliquis allegauerit uel opposuerit
terminum uel terminos ad probandum, uel aliquem alium actum
faciendum limitatos, fore transactos, et pars aduersa contrarium
affirmauerit et probauerit se esse infra terminum, quod probare teneatur,
cadat allegans et ponens terminum fore transactum in pena .xl. soldorum
parti aduerse illico soluendorum, et soluat expensas factas pro dicta pro
batione facta. Et in eandem penam cadat pars dicens terminum non fore
transactum si apparuerit ipsum transactum fore. Que pena parti ad
uerse ibidem persoluatur, qua pena non soluta per illum qui in eam inci
derit procedatur in eius contumacia acsi foret absens et contumax.

.l. ## De negantibus acta in iudicio uel nolentibus illa confiteri. Rubrica.

Ordinamus quod si actor uel reus opposuerit, uel allegauerit ali
quem terminum fuisse assignatum parti sue, uel parti aduerse,

seu aliquem processum factum / aut aliquam sniam latam
fuisse pro se et contra ptem adversam / i iudicio / sive cora ar
bitris seu arbitratoribus / pnte pte contra quam pponitur seu
allegatur / teneat clare et lucide statim negare / vel ofiteri illd
qd contra eu pponit vel allegatur. Et si quidem fuit ofessa
pposita / vel allegata contra eam / tunc ulterius procedat prout
de iure fuit procedendum. Si vero negaverit pposita / vel alt
quid de ppositis contra eam / et illa vel illud / que vel quod
negavit / probent vel pbetur contra eam / cadat ps que negavit
in penam Constitutionis edite contra negantes acta curie.
Et ultra pena illam / solvat expensas fctas congrue / vel pro
missas / vel debitas / fcta fide et sup negatis p eam. Si aut
ps pponens et allegans no probaverit pposita et allegata p
eam / tunc ipa ps pponens et allegans cadat in penam xl.
solidorum applicandam pti adverse que negavit et ei illico sol
vendorum. Quibus non solutis / ulterius no audiat / sed pro
cedat in dcta cu acsi dcta ps que cecederit i pena et ea no
solverit foret absens et otumax. Si vero statim no ofiteat
vel neget ut supius dictum est / sed taceat / vel respondeat p
aliqua verba p que teneat iudicium i pendenti qualitcumque / etia
si dicat se velle here consilium vel deliberare / tunc sublatis
premissis et alijs quibuscumque subterfugijs et dilationibus / ps ot
quam pponit et allegat / interrogetur et requirat p ius red
dentem duabus vicibus int una et aliam / interveniente aliq
modico intervallo qd ofiteat vel neget pposita et allegata o
eam / et tunc si ofiteat vel negaverit / procedat ut supius dctum e.
Si vero post pfata binam interrogatione et requisitionem ps
interrogata no responderit clare et apte / ofitendo vel negando /
et ius reddens dixerit pti alti qd procedatur / habeat postqm
ius reddens sic dixerit post pfatam binam requisitioem et inter
rogationem / ipa ps interrogata immediate absque aliqua
alia snia pro confessa id qd e in suu piudicium / Et pcedat
in ea proinde acsi clare et lucide ofessa fuisst contra eam / etia
si postqm ius reddens dixerit pti alteri qd procedat / vel nega
re contra eam pposita et allegata / aut aliqd de eisdem. Pdcta
tn habent locum qn pmissa allegata / fiunt i iudicio fcta cit
sex menses proxime pcedentes diem qua supradcta pponit.

Si uo illa que pponunt et allegantur / ante prefatos sex menses facta
fuerint / tunc parti contra quam pponunt petenti terminum ad deliberandum
et iuranti se ignorare an sint uera pposita contra eam / det et assignet ter
minus sex dierum no computato die termini assignati In quo termino / ul
infra quem terminum / pnte alia pte ul contumacit absente teneat precise
ofiteri ul negare / clare et lucide contra eam pposita ut supius dictum est .
Alioquin habeat pinde / acsi de illis omnibus contra ea ppositis expssa con
fessio facta foret eius qd e in preiudicium sui . Ubi aut ambe ptes aliq
acta esse hincinde pponant que petant hincinde ofiteri ul negari p alias
ptes / Tunc teneat pars contra quam / tunc et in illo termino et instanti pmo fuit
ppositum / prius negare ul ofiteri . Et postea imediate teneat pars contra
quam secundario est ppositum ofiteri ul negare pposita et allegata secundario contra eam /
sub forma / ordine et penis premissis . Et habeat locum etiam in pendentibus .

.lj. De iuramento partium in iudicio pstando ul referendo Rubrica .

Cum manifeste turpitudinis sit nolle iurare ul referre /
statuimus quod in quacumque causa cuiuscumque quantitatis ul ex-
timationis existat / et in quacumque pte litis / una pars alteri
possit sacramentum decisiuum deferre sup eo quod in controuersia uertitur .
Et teneat ille cui primo oblatum fuit sacramentum iurare / ul
iuramentum referre / nisi allegauerit se non bene recordari / et uelit
dilationem habere ad informandum / quo casu dilatio eidem assignetur /
que trium dierum ontinuorum spatium non excedat / quod si recusa-
uerit / si fuit actor / ab actione sua cadat / et reus absoluatur cum
dampnis et expensis . Si uero fuerit reus qui iurare ul referre re
cusauerit / condemnetur ad petita . Et habeat locum etiam in pendentibus .
Et pdicta uendicent sibi locum nisi in deferente ul referente /
iustissima causa ignorantie subesset / ut quia ageretur de facto defuncti /
ul quereretur de facto alieno / uel de facto multum antiquo / ul mul-
tum fortiter implicito et intricato / ita quod ignorantia multum proba-
bilis posset reputari / que omnia p iudicium bona aduertentia dirimatur .

.l. De notarijs et testibus compellendis dare instrumenta et iurare Rubrica .

Vigilantiam ptibus addere uolentes / statuimus qd infra terminos p precedentes constitutiones limitatos actori et reo / ad producendum iura sua / testes et instrumenta / teneantur actor et reus compellere et compelli facere p ius reddentem notarios eorum infra hntes / et testes / ad iudicium uenire et eos examinari facere. Si uero ps hec no fecerit / defectus notarij et no psit quin dicti termini currant. Item qualibet die iuridica dictorum terminorum ps quelibet possit producere infra / iura et testes / tamen adusa pte pnte / ul contumaciter absente / sublatis et reiectis quibuscumque alijs dilationibus et consuetudinibus in contrarium hactenus obseruatis. Et hat locum i causis eciam pendentibus.

liii. De testibus Rubrica

Quoniam danielis exemplo testes sepatim et secrete examinandi sunt ordinamus qd testes legitime producti ad iudicium / possint iurare pte adusa pnte / ul contumaciter absente / Et qd secrete dictum suum deponant in actis maioris quantitatis viii marchx / no obstante aliqua contradictione ul absentia ptis. Reseruato tn iure cuilibet pti ad opponendum contra dicta et psonas eorum. Sup quibus eciam depositionem / disputatio p ptes no fiat / sed postea in processu cause oppositiones et allegationes ptium modo debito admittantur et decidantur. Et pmissa locum hant eciam si sit omissa protestatio ptis tpre fcte productionis testium paratorum. Adicientes qd qn aliqs testis examinatur in aliqua ca / alij testes examinandi no debeat esse pntes / aut quicqm audire. Et si contingat p aliquem qd p iudicem testes examinari in iudicio / ul ex / tunc eligatur unus examinator et no plures p litigantes i ca si de uno poterint esse concordes. Et si essent discordes / ius reddens eligat unum ptibus no suspectum. Et si p alterutram ptem suspitio allegetur / tunc utrum iusta sit / ul no / p iudicium dirimatur. Decernentes qd articuli ptium i ca producti admitti debeant indistincte / saluo iure impertinentium et no admittendorum. Sup quibus tpre diffinitiue ferende disputatio reseruetur. Et hat locum eciam in pendentibus.

liiii. De litteris obligatorijs et scripturis priuatis Rubrica

Quoniam priuatorum psonarum litteris et sigillis fraudes committi potiant constituimus qd si aliquis agere uult uigore alicuius littere priuate obligatorie contra alium / illam pte eciam absente et no citata / possit

fuerit legi in iudicio et ea lecta ptem contra quam producta est mo
neri et citari faciat quod usque ad sextam diem computanda a die presenta
tionis cedule exclusiue / debeat fecisse id quod in lra tali continetur.
Et si infra dictum terminum psonalr citatus non satisfecerit / nec com-
paruerit in iudicio / habeatur pro conuicto / et actor statim hat numeratur
ad accipiendum de bonis eius contra quem dicta lra fuit in iudicio producta
et lecta / iuxta contenta in eadem . Judex tamen ex officio suo primo diligenter
inquirat an lra scripta sit de manu illius contra quem producitur / seu
illius in cuius locum successit is qui conuenitur . Et si ibi tunc apparere non
possit / liceat actori quocunque producere probationes legitimas / aut per com-
parationem lrarum secundum formam iuris communis / aut per dicta testium cogno-
scentium eam . Et dicta probatio fieri possit parte absente et non citata .
Super qua probatione talem diligentiam adhibeat quod absentia partis dei pre-
sentia repleatur . Item quod statuimus de lra priuata alicuius obligatoria /
scripta non de manu eius qui in ea lra obligatus est / sed que dicitur alterius
manu scripta / si manifeste appareat in iudicio dictam lram fore sigil-
latam cum sigillo illius qui apparet in lra obligatus / et roboratam duorum te-
stium subscriptione bone fame qui super hoc deponant ut inferius annotatur .
Si uero in prima citatione non fuit psonalr inuentus / tunc cedula ad
domum sue solite habitationis dimissa / citetur secundo per similem modum sup-
scriptum / qui siue inuentus fuit / siue non / si in termino non compa-
ruerit seu infra dictum terminum non satisfecerit / hatur pro conuicto / for-
ma tamen suprascripta seruata / Et delato etiam iuramento parti princi-
pali si contenta in scriptura continet ueritatem / et si post eam est facta
solutio / uel transactio in toto / uel in parte / aut aliquid aliud secutum ut
innouatum quod sit in fauorem debitoris . Si autem comparuerit in termino
et confiteatur lram fore scripta de manu sua / uel illius cui successit / seu
confiteatur lram fore scripta de manu alterius de suo tamen expresso mandato / tunc
habeatur pro conuicto / Nisi probare uoluerit solutionem / remissiam / pactum
aut aliquam aliam legitimam defensionem facere in toto uel in aliqua parte
contra ea que in lra continentur / quo casu admittatur . Si autem compa-
ruerit in termino / et contradixerit seu negauerit lram fore scriptam de manu
sua propria / sed eius in cuius locum successit et conuenitur / Tunc si fuerit probatum
secundum formam iuris per partem agentem / lram illam productam / fuisse
scriptam de manu sua propria / hatur pro conuicto / nec ulterius admittatur
ad aliquam defensionem faciendam uel aliquid probandum quod sibi pro
sit / nisi per sacramentum partis aduerse . Si autem probatum fuit lram illam

fore scriptam manu illius in cuius locum successit / tunc adhuc possit probare solutionem seu satisffactonem / seu aliaz legitimaz defensioez facte circa ea que in priuatis lr̃is continentur. Si aut lr̃a que i iudicio producit dicat scripta manu alterius tertie psone / sed sigillata sigillo pprio illi⁹ contra que producit seu illi⁹ in cui⁹ locu successit z quenit / Tunc si ille contra que producit negauit fore scriptaz de uoluntate sua / seu sigillum fore suum pprium / ul si confiteat suu pprium / sed negauit fore appositum i dcta lr̃a de uoluntate sua / tali lr̃e nõ adhibeat fides / nisi fuit subscripta z roborata subscriptioe duoz testium indubia / bone opinionis z fame / testificantium in ipa lr̃a p eoz scriptura seu subscriptoez q dcta lr̃a fuit scripta p tales psonam de uoluntate et mandato expresso illi⁹ qui appaet obligatus i dcta lr̃a z de ei⁹ qsensu expsso sigillata.

De laudis et compromissis latis Rubrica

Hac honesta Constitutioe decernim⁹ q si uigore alicui⁹ Compromissi / arbitrij seu arbitramenti / lata fuit aliq sn̄ia / seu laudum promulgatu / qd executioni mittat hoc modo uidelz Qe producta sn̄ia siue laude i iudicio / mandet p iudicem illi contra que producit / q infra decem dies continuos debeat esse i concordio cu actore / Aliter hat actor nuncios ad accipiendu de bonis suis pro executioe sumarie facienda. Et si infra tminu triu dieez comparuerit ad contradicendu / q extunc a die impetrate cedule / infra sex dies tm / teneat ptez citatu facere ad iudicium i cau i quo intendit contradicere sn̄ie ia late. In q quidez tmino sex diez / compentibz ptibz / statuat tmin⁹ eidem contradicenti decez diez / ad habendu copia compromissi z sn̄ie / et ad opponend⁹ z ad probandu quicquid probare uolunt / taz contra sn̄iam z compromissu / q contra alia pdca. Post uo dictum tpus nõ audiat / nisi iustissimu impedimentu z euidens allege / qd p iudicez dirimat. Adicientes q si i Compromissis pactu / aut iuramentu interuenerit de nõ petendo reductoez laudi ad arbitrium boni uiri / nullo modo possit peti reductio / sz laudum

executionem mittatur ut supra dictum est. Ordinantes quod non obseruantes laudum iuxta formam compromissi, seu contradicentes in iudicio ad penam etiam in compromisso contentam non solum ad contenta in sententia conueniri possint. Nisi euidens dolus aut enormissima lesio doceretur, quibus casibus pena nullatenus committatur, aut commissa non exigatur, quod etiam intelligi in sententia talis laudi iniqui deducti dici debere est conswetum equitatis.

lvj. ## De uero deposito Rubrica.

Ut bona fides in deposito plenissime obseruetur, ordinamus quod illud dicatur et censeatur uerum depositum quod factum est penes unam personam tantum et de quo in instrumento appareat fore ibidem datum et consignatum, et in quo nullus appareat terminus, nec simplex confessio sine consignatione, et in quo non appareat aliqua fideiussio, nec pena. Cum sine his euidenter appareat confidentia purra prout in uero deposito requiritur inter deponentem et depositarium. Nec propterea hoc iure uerum depositum si in instrumento uel alia scriptura loquente de uero deposito appareat aliqua obligatio facta bonorum dicti depositarii. Et in tali et super tali deposito habeatur cognitio consueta, uidelicet quod possit deponens ipsum instrumentum depositi in iudicio, parte etiam non citata, in presentie producere, et ipsum facere legi, ipsoque lecto, detur nuntius cum cedula ad denotandum depositario quod sit in concordio cum deponente infra tercium diem a die notificationis computandam et illa die inclusa. Aliter sit nuntius ad accipiendum de bonis depositarii transactis dictis tribus diebus. Omnia autem illa instrumenta loquentia et continentia depositum aliter quam supra dictum est, scilicet uel quod contineant confessionem depositi sine consignatione pretii, terminum, uel fideiussorem, aut penam, uel si fiat apud plures personas, declaramus fore debita simulata et mutua, et potius censeri de mutuo quam de deposito. Et non habeant priuilegia ueri depositi, et contra illa procedatur prescripto sicut in aliis mutuis, in quibus si contineatur cauterizatum, procedatur sicut in aliis mutuis cauterizationum. Et quod pro uero deposito possit et debeat depositarius personaliter carcerari nisi satisfecerit creditori.

lvij. ## De homine rurali non carcerando nomine depositi Rubrica.

Constituimus q siquis Ruralis, vel alius qui arbitrio Iudicis sit modice facultatis se obligaverit ad solvendum noie depositi alicui usurario aliqua pecunie quantitatem, ex eo quia non solverit, non debeat psonaliter detineri. Sed si depositum contractum fuit inter ptes, vel a minoribus ad maiores ita q verisimiliter psumi possit depositum, sup illo procedat in iudicio iusticia mediante. Et habeat locum etiam in preteritis;

.lviij. De citationibus in cau exforcij Rubrica.

Arcere p citationem psonas violentor cupientes, statuimus q siquis vult aliquem convenire pro aliquo exforcio, sufficiat ipsum citari semel tm si fuit psonaliter inventus i prima citatione. Si uo non fuit psonaliter inventus, tunc citet ad domum, et cedula ibidem dimittatur, sed adhuc teneat ipsum facere scdo citari psonaliter vel ad domum ibidem etia cedula dimissa cum proclamatione solita. Et si propriam non hbt habitationem, tunc sufficiat unica proclamatio, et citatio facta in platea loci ubi solet habitare &c.

.lviiij. In quibus causis committatur exfortium Rubrica.

Omnem ambiguitatem de rebus in quibus committi possit exforcium tollere intendentes, statuimus q quicunqz de patria forijulij, seu incola et habitator, in terris vel locis ecclie Aquilegien subditis, aut etia forensis, pprio arbitrio et eius auctoritate, p se vel interpositas psonas, absqz nuncio iurisdictionem hntis, cui subest occupaverit seu invasit Mansos, Braydas, prata, Nemora, seu alia bona stabilia in quorum possessione aliquis alius fuit, vel possedit, vel proprio arbitrio absqz psati Iudicis nuncio, vel expressa licentia, indebite acceperit, asportaverit, vel abduxerit, equos boves, ceteraqz aialia, aut bladum, vel vinum, seu quascunqz alias res existentes, aut existentia in possessione, aut tenuta alterius psone, seu quas alius tenuerit sive possederit, si ex hoc fuit convictus, condemnetur ad restitutionem dupli videlicet restituendo rapta et indebite accepta, et aliam equivalentem extimationem eorum, et in damnis, Interesse et expensis, et ad solvendum pro banno curie Iudicis consueti, prout consuetum est, libras Quin

quaginta soldorum. Siquis vero ex predictis personis sua propria
autoritate ingressus fuerit domum alicuius sitam in terris, castris
vel villis, hospite domus contradicente, vel eo absente et contra
dicente aliquo de eius familia, solvat marcham unam cum di-
midia soldorum pro ingressu, et totidem pro egressu. Que pena
hoc casu, parti iniuriam passe applicetur. Gastaldiones vero et ceteri
officiales in eorum Gastaldiis et officiis sibi commissis guadias
exigant iuxta consuetudinem in locis hactenus observatam. Et habeat
locum in preteritis et futuris. In quibus autem supradictis, ubi per testes
cum exceptione maiores liquido probari non possunt, tunc in odium
delinquentis sufficiant, et vim probationis obtineant bone et
sufficientes probationes presumptiones, arbitrio iudicantis, cum iura-
mento damnum passi, iuxta qualitatem facti, quantitatem rerum, et con-
ditionem personarum. Consideratis summa et valore ut in constitutione
proxime sequenti continetur.

De ordine iudicii ubi in causa exforcii relevator nominatur. Rubrica.

Approbatam et diutius observatam formam in ordine procedendi
de exforcio renovantes statuimus quod si aliquis fuerit citatus
occasione alicuius exforcii, et citatus legitime compareat, al-
legando quod alterius nomine et mandato, bona fide et sine fraude,
accepit et fecit illud propter quod conventus est, teneatur ibidem no-
minare illum cuius nomine vel mandato asserit se talia commisisse,
qui Relevator nominatur. Et si dictus nominans non esset sufficiens
ad solutionem eorum pro quibus in iudicio conventus est, tunc sufficientem
prestet fideiussionem de premissis. Qua non prestita, carcerari possit, et
insuper teneatur dictum Relevatorem infra sex dies computandos a
die nominationis, vel abinde infra, secundum locorum distantiam, ad iudicium
personaliter exhibere. Quem Relevatorem si non produxerit, respondere te-
neatur, et in causa exforcii principaliter et nomine proprio procedere compellatur.
Si vero produxerit ipsum Relevatorem qui fateatur eius nomine et mandato
factum vel acceptum illud quod pro exforcio allegatur et petitur, si sufficiens
est et ydoneus ad solvendum illud quod petitur, tunc citatus primo
qui ipsum Relevatorem nominavit ipso iure intelligatur absolutus. Et in
causa dicti exforcii cum dicto relevatore procedatur. Si vero Relevator al-

legitimis non esset ydoneus ad soluendum quod petitur / licet se releuatorem
confiteatur / tunc qui ipsum releuauit non intelligatur absolutus / Immo rele
uatore in ea succumbente / intelligatur et ipsum releuans fore conuictus .
Et contra utriusque bona agi possit / et executio sententie implorari . Et
Si autem comparuerit reus citatus / tunc decreta copia iusti petiti / statuatur terminus reo petenti decem dierum continuorum / ad opponendum et probandum quicquid opponere et probare voluerit / Nec opponere possit aliquam exceptionem nisi falsitatis vel restitutionis eius quod petitum fuit seu partis / Quo termino transacto / procedatur et pronuncietur secundum formam constitutionis precedentis contra petentes dotes. Si autem mulier aut alia persona cui veniat dotis restitutio / et solutio aliorum iurium facienda / elegerit fideiussores conveniendos pro restitutione dicte dotis et iurium / quos convenire et citare possit ut supra / etiam omisso principali et bonis eius / Tunc procedatur modo et forma suprascriptis contra agentes contra heredes defuncti. Nec audiantur fideiussores volentes designare de bonis principalis scilicet mariti ipsius mulieris / vel eius heredum / nisi ipsi fideiussores designaverint et in solidum dederint / mulieri tantum de bonis mariti eius / vel eius heredum expeditis / et per heredes mariti possessis / quantum fuit illud quo fideiussores conventi apparuerint obligati. Et nichilominus se obligent ad manutenendum eidem mulieri dicta bona. Sed si aliquis appareret qui asseret se habere potiora iura super dictis bonis / tunc non intelligantur expedita / sed adhuc conveniri possit mulier / vel alia persona contra fideiussores et eorum bona / que bona fideiussorum vendantur et deliberentur modo et forma suprascripto. Et tunc fideiussores cum de suo solverint / vel se manutentores constituerint / habeant talia iura contra bona principalis qualia habebat predicta domina etiam nulla cessione facta cum omnibus favoribus et privilegiis que ei qui domine competere potuissent. Hoc addito quod non teneantur dicti principales et fideiussores dotem solvere / nisi domina prius prestet ydoneam fideiussionem ipsis dotem solventibus et recipientibus vice et nomine omnium quorum interesse poterit in futurum / de dote conservanda et restituenda illis ad quos restitutio pertinebit post mortem ipsius domine / quam fideiussionem si dare non possit / tunc de dicta dote / emantur tot bona immobilia que pro parte fideiussionis sint obligata / vel talis provideatur sufficienter coram iudice auctorizante et super hoc decernente quod solventes sint securi a damno quod eis posset evenire. Vita considerata per iudicem quod domina que forsitan fideiussorem non inveniret non recipiat ex hac causa preiudicium

gatione / uel promissione penali / ut sic omnia facta in preiudicium uxoris non ualeant / nec uxoris iuramento firmentur / quod prestitum per dolum metum uel mariti reuerentiam / uel timorem / et contra bonos mores fore intelligatur ut supra est expressum. Adicientes quod super dictis dotibus / et aliis iuribus mulierum exigendis et recuperandis / ac super dependentibus et connexis / procedatur summarie / breuiter / simpliciter et de plano / sine strepitu et figura iudicii. Insuper inhibemus notariis quibuscumque quod non seruata forma predicta / instrumenta non conficiant super premissis / Sub

Cxxxv. pena .xxv. librarum curie applicandarum pro quacumque uice qua contrafecerint.

De uestimentis et aliis ornamentis dominarum et ceteris que secum portant ad maritum / uel donatis tempore nuptiarum Rubrica.

Ordinamus quod mortuo uiro / uestes / paramenta / ornamenta / clenodia / bilisia / iocalia / et cetera alia bona mobilia per ipsam dominam ad domum mariti portata / uel eius nomine / ac etiam omnia eidem domine donata tempore nuptiarum / aut ut post per quamcumque personam / seu donata eidem per maritum suum / seu empta uel deputata ad usum seu ornamentum corporis domine / libere et expedite / sine aliquo impedimento / dimittantur / relaxentur et restituantur eidem domine si extant. Et intelligantur extare etiam si dicta bona fuerint per maritum pignerata. Et si non extant / tunc non teneantur heredes mariti / uel eorum bona ad emendationem aliquam rerum non extantium.

Cxxxvi.

De bonis portatis ad domum mariti et quando testari possit. Rubrica.

Constituimus quod siqua mulier uoluerit testamentum condere / uel codicillos / possit et ualeat libere testari uel aliam quamcumque ultimam uoluntatem condere / non obstante aliqua contradictione mariti / super dote sua secundum constitutiones patrie. Et hoc tamen si dotauit de bonis suis ad ipsam pertinentibus. Possit etiam testari et codicillari / et causa mortis donare de omnibus aliis suis bonis aduenticiis / uel undecumque eidem obuenientibus

exceptis rebus sibi datis p maritum post nuptias / et nō ɔtem-
platione nuptiarum / de quibus nullo modo possit testari / nisi ut
infra. Item sup morgincapijs ɔ dismentadinis. Item sup omnibus
rebus suis quas secum portauit ad maritum / et de alijs sibi donatis
a / marito ɔ ab alio quocumque tpre nuptiarum uel post / ɔtemplatōe
nuptiarum / testari / codicillari et cā mortis donare ualeat / cuiusque
ultima uoluntas ualeat ɔ habeat roboris firmitatem / etiā si sit ī
potestate patris / aui / uel patrui pōm / et licet nō fuit emancipata.
Sup dote aūt sibi constituta p parentes / fres / Consanguineos
uel alios ad quos sm Constitutiones / uel ex pacto / dicta dos ue-
nit restituenda / nō possit nec ualeat dna testari / nec aliquā
dispōnem facere nisi a / psona que ipam dnām de ipius dotantis
ppriis bonis dotauerit / dicta dos sint legata / uel alr in testa-
mento relicta / uel int uiuos data / Quo casu / nō extantibus libis
dicte dne / uel ex eis descendentibus / ualeat ad libitū de dicta dote
dispōnere. Et eis nō extantibus / possit disponere put a / ɔstitutoibus
est prouisum. Sup uestibus aūt / Jocalibus / clenodijs / pparam-
mentis / ornamentis / et alijs bonis quibuscumque donatis Uxori /
uel emptis seu paratis ad ornamentū uxoris p maritum / post tps
nuptiarum nō ualeat testari nisi cū ɔsensu mariti. Si aūt dicta
dna decessit abintestato / uel sine alia ultima uoluntate /
omnia p dictā dnam portata ad maritū / uel sibi donata p ma-
ritum / uel alium quecumque tpre nuptiarum / uel post / ɔtempla-
tione nuptiarum / uel post tps nuptiarum p ipum maritum /
remaneat penes filios suos masculos ɔ sua sint si ht filios /
et si nō ht filios / remaneat penes maritum et sua sint.
Excepta dote de qua sdm constitutiones pate eminet /
Et exceptis alijs suis bonis aduenticijs mobilibus ɔ immo-
bilibus / morgincapijs ɔ destensiuis ī quibus debent succede
pximiores / Ita tamen q maritus teneat facere sibi sepulturam
et alia funeralia suis sumptibus et expensis. Adicientes q
dicta bona uxoris abintestato defuncte tunc demū marito
remaneant qm Uxor fuit ad domū mariti traducta.

Cxxvij

De acquisitis p dnām maritatā psumendis de bonis mariti Rubrica.

Omnia acquisita per dominam maritatam traductam ad domum viri / constante matrimonio / intelligantur et censeantur acquisita de et ex bonis viri / et ad dominum ipsius viri pertineant nisi evidentissime probentur illa bona aliunde quesita.

Cap. xcviij

Quibus creditoribus mulieres ratione dotis sue preferantur Rubrica.

Constituimus quod pro dotibus constitutis ante matrimonium vel tempore contracti matrimonii / quandocumque imminebit casus exigende / restituende / aut sequestrande dotis / mulieres dotate seu alii dotes repetentes / occasione dotis in bonis principalium qui dotem confessi fuerint se habuisse / et in bonis fideiussorum obligatorum ad dotem restituendam / ceteris aliis omnibus creditoribus preferantur / etiam si sint illi tempore antiquiores / et ypothecas priores videantur habere. Exceptis aliis creditoribus qui haberent aliqua bona predictarum personarum principalium et fideiussorio nomine ad restitutionem alterius dotis obligata / quo casu priores tempore et potiores in iure censeantur esse.

Cap. [illegible]viiij

Quod repetentes dotem preferantur repetentibus morgincapia et alia iura Rubrica.

Ordinamus quod si casus evenerit quod dotes repetantur / morgincapia et dismontadure per easdem personas vel diversas contra bona et super bonis mariti vel fideiussorum / quod super predictis primo fiat solutio dotis et contrapactorum / Et postea si bona supersint / fiat

Cap. [illegible]

solutio dismontadurarum et morgincapii.

De prescriptione dotis petende vel repetende et aliorum iurium Rubrica.

Ordinamus quod si qua persona cui competit ius petende dotis /

promisse, uel repetende aut petendi morgincapia, dismontaduras uel contrapacta supersederit et distulerit dotem et iura predicta petere uel repetere in iudicio per spatium xxv. annorum continuorum numerandorum a tempore quo prefata persona petere uel repetere potuit dotem uel morgincapia, uel dismontaduras, uel contrapacta, talis lapsus temporis inducit prescriptionem, et ipso iure talis persona privetur iure petendi et repetendi dotem et iura predicta. Salvo quod minoribus xiiii. annis utriusque sexus ipso iure nulla talis currat prescriptio toto tempore quo fuerint in dicta minori etate, uel nisi toto tempore, uel maiori parte temporis dicto xxv. annorum fuerit absens a patria Foroiulii persona petens uel repetens dotem uel iura predicta quo casu prescriptio predicta non currat, sed postquam reversa fuerit in patriam Foriiulii currat dicta prescriptio contra eam, omni tempore computato quo fuerit in patria antedicta.

C xxxi.

De restitutione dotis facienda filio premortuo matri uel post Rubrica.

Ordinamus quod filio uel filia decedente in pupillari etate post obitum matris, non superstitibus aliis fratre uel fratribus, uel sororibus ex eisdem parentibus coniunctis defuncto, dos revertatur et restituatur ei qui dotavit, uel eius heredibus, aut illis quibus dotis restitutio est facienda. Si vero filius maior xiiii. annis uel filia maior xii. decesserit post mortem matris, dos matris censeatur patrimonium ipsius filii uel filie, de qua ipse filius uel filia possit testari et disponere secundum eius libitum voluntatis, patre mortuo ante filium uel filiam. Patri vero superviventi ipsius dotis habeat usufructum. Sed si filius maior xiiii. annis uel minor, uel filia maior xii. uel minor, decesserint ante matrem, tunc dos revertatur ad parentes uel alios quibus dotis restitutio est facienda de iure. Et idem fiet in dotibus avie uel proavie, et ceterarum ascendentium. Salva tamen dispositione dictarum Constitutionum nostrarum proxime sequentium et Constitutionis de successionibus ab intestato Rubrica, quibus in casibus suis non intelligatur modo aliquo derogatum.

C xxxii.

De filiabus et aliis descendentibus feminini sexus in testamento preteritis Rubrica.

Ut hereditates secundum defunctorum voluntates in masculis domus conserventur, Ordinamus quod siquis debite condito testamento decesserit,

Ordinamus q filie / neptes / et alie descendentes femini sexus quibus
p patrem vel alium ex descendentibus est aliquid in testamento / vel alia
ultima voluntate iure institutionis seu legati / vel fideicomissi relictum
tali relicto debeant esse contente quamvis sit minus legitima eis iure na
ture debita. Ita q propterea ipsius defuncti non valeant rumpere testamentum /
dummodo tamen illud relictum sit tantum q cum eo congrue maritari et dotari va
leant et fulciri secundum qualitatem hereditatis ac conditionem maritan
darum. Quo casu si legatum seu relictum tantum non fuerit / agere possit
et teneantur heredes defuncti prestare / et tantum ipsi relicto supplere /
q se valeant maritare / dotare / pariter et fulciare. testamento in
ceteris partibus firmo remanente. Declarantes q relicta nomine dotis seu
occasione matrimonii intelligantur esse pura et non conditionalia in casibus
supradictis cum ad nubilem mulieres etatem pervenerint / aut in ea sit
constitute / Et libertatem disponendi habeant secundum ius commune prout in pre
cedenti Constitutione continetur.

De heredibus compellendis alimentare / maritare et dotare feminas ratione sexus ab hereditate exclusas Rubrica.

Quoniam supius per duas Constitutiones precedentes mulieres
ratione sexus ad hereditatem non admittuntur secundum ius commune Ordinamus
q ne heredes matrimonia et dotium et paramentorum seu fulcimentorum
prestationes dolo / vel negligentia trahant in longum ultra debitum /
ad quas tenentur. Ac si ipsa mulier fuerit etatis nubilis / ad eius / vel ali
cuius sui attinentis instantia et requisitionem / per iurisdictorem loci ubi ubi
residet heres / vel domicilium habet / preceptum fiat heredi quod in scriptis redi
gatur / q usque ad annum a die precepti facti / ipsam mulierem debeat ma
ritasse / dotasse / et fulcimentis ut continetur ut in prefatis constitutionibus
fulcivisse / et nichilominus teneatur interim ea alimentare et congruum victum
et vestitum prestare q si heres predicta infra annum non adimpleverit elap
so anno / statim infra .xv. dies teneantur et debeant heredes / Et ita per iu
risditionem loci compellantur deponere penes unum bonum ac fidelem et ydoneum
mediatorem per iudicis officium eligendum / tantam pecunie quantitatem cum
certa considerantis hereditatis facultatibus / dotari decenter et fulciri valeant / et
omne lucrum ex ea pecunia proveniens / sit mitium ipsius mulieris mari

relictis supstitibus filijs masculis / uel relictis alijs descendentibus mas
culis ex linea masculina defuncti / seu relictis ascendentibus mascul /
uel relictis ipsius defuncti fratribus masculis / uel fratrum defunctorum filijs
masculis / et aliquo seu aliquibus ex predictis masculis / instituto / uel
institutis heredibus / tunc filie psone defuncte et neptes / et alie feminini
sexus descendentes que non fuerint heredes institute / ab hereditate defuncte
psone repellantur / etiam si non fecerint finem et remissionem de hereditate ipsius
defuncti / Ita tamen quod si dicte filie / uel neptes / aut alie feminini sexus descen
dentes / quas psona defuncta alimentare / dotare et nuptialibus fulcimentis
fulcire tenebatur / maritate et dotate non sint / Vel dotes seu fulcimenta
debita / soluta non fuerint / tunc per institutos heredes defuncte psone suf
ficienter et prout iudici uidebitur / alantur et alimententur. Et cum sint
uel fuerint etatis nubilis / maritentur et dotentur / et dotes et fulcimenta de
bita soluantur / ac fulcimentis congruentibus fulciantur secundum qualitatem et
quantitatem hereditatis / et etiam statum et conditionem matrimonii et locorum
consuetudinem laudabilem. Si uero non extarent predicti descendentes
masculi / seu ex linea masculina psone defuncte nati / uel ascendentes
masculi / seu fratres / aut fratrum filij masculi / Tunc saluum sit ius filiabus
defuncte psone neptibus et ceteris ut supra / feminini sexus descendentibus /
Videlicet quod si non sint maritate / uel non dotate / et eis non sit in testamento psone
defuncte tantum relictum iure institutionis uel legati / aut fideicommissi /
quod maritari comode ualeant et dotari / Tunc ius rumpendi testamentum p
sone defuncte / si in ipso testamento indebite fuerint preterite uel exheredate
competat / Et ad ipsius psone defuncte hereditatem pro parte eis debita
admittantur / Aut si minus quam debitum uideatur / relictum sit ut supra
dictum est / agere possint illico cum fuerint nubilis etatis / ad supplementum
competentis dotis constituende / et fulcimentorum / iure iures hereditarias
etiam nundum matrimonio contracto / et illud consequi / et de premissis
libere quandocumque secundum formam iuris eorum disponere ad suum beneplaci
tum. Quo casu nichilominus legata ad pias causas facta in dicto testamento
quamuis rupto / persoluantur. Et in premissis casibus summarie procedi possit /
et quolibet tempore etiam si dies extiterint feriati.

Cxxxiiii.

De legatis factis filiabus et alijs mulieribus ab he reditate exclusis. Rubrica.

tande q si infra datum tempus datum depositum no fecerit sufficienter / tunc tot de bonis ipsorum heredum seu hereditariis uendi possint illico ad pecuniam omni solemnitate remota ex quibus tante pecunie quantitas redigatur / aut si iudici uidebitur fore utilius mulieri / tot de melioribus bonis imobilibus ipsius heredis uel hereditariis / in electionem mulieris / eidem mulieri in solutione assignentur et heredes de euictione teneantur / et in cauis euictionis se obligare debeant · Et nihilominus etiam prefati heredes interim donec mulier maritabitur debeant eam alimentare / uestire / ac secundum eius conditionem et statum honorifice et beniuole pertractare · Et quia contingere posset quod eam maritandi odia et inimicicias heredum / tam mulier maritanda quam attinentes et eius amici circumcirca talia nollent insistere / mandamus quod ex mero officio iurisdictionis congruentis etiam nemine instante et petente / possit per iudicem nostrum / prouideri et executioni mandari quo ad fauorem mulieris in omnibus et per omnia ut supra est prouisum · Adicientes quod in omnibus casibus in quibus mulieres dotari et fulciri debent per heredes / omnia bona hereditaria / et etiam alia alia bona ipsius heredis sint ipso iure obligata et ypothecata dicte mulieri pro dote et fulcimentis et alimentis prestandis / Et quod nulla alienatio dictorum bonorum fieri possit in preiudicium ipsius mulieris / Si tamen heredes hereditatem debite acceptaret cum beneficio inuentarii / et illud legitime conficerint / tunc sola bona et iura hereditaria / mulieribus super premissis tacite intelligantur ypothecata / et non alia bona heredum · Et in premissis procedatur diebus etiam feriatis / et cognoscatur summarie simpliciter / breuiter et de plano / sine strepitu et figura iudicii / et omni iuris solemnitate / appellatione uel nullitate remota / Nec per mulieres dispositioni et beneficiis huius constitutionis et duarum precedentium renunciari possit quoquo modo / etiam cum iuramento quod est contra bonos mores si interuenerit prestitum presumatur ·

De tutoribus dandis et curatoribus Rubrica ·

Ordinamus pro commoditate minorum quod si aliqua

persona amoris aut pietatis intuitu / seu quia agere intendit contra aliquem pupillum uel pupillam tutore carentem / eidem minori petierit de tutore ydoneo provideri / teneatur et debeat iurisdictionem debita hinc ex debito sui officii requisiti / tali minori de tutella ydonea providere / inquirendo scilicet primo de matre / de avia non maritatis / Secundo de masculis proximioribus talis minoris ex linea paterna si ydonei possint reperiri / quibus deficientibus / inquiratur alii magis ydonei per lineam maternam / aut si iudici videbitur / duo ydonei ex utraque linea tutores deputentur / quibus deficientibus / alius extraneus tutelam subire cogatur. Et siquidem nominatus in tutorem / et ad subeundum talem tutelam citatus personaliter ut ad domum bis / non venerit infra spacium decem dierum continuorum ad acceptandum tutelam / uel ad proponendum excusationes / quod ulterius non audiatur excusans / sed procedatur ad compulsionem contra ipsum ut tutelam suscipiat / sub pena et penis multiplicandis prout iudici videbitur / pignoribus ceptis et venditis. Si vero comparuerit / et pro vitanda tutela / aliquas excusationes proposuerit que per iudicii declarationes sint reiecte / tunc compellatur tutelam subire cum pena et penis prout supra est expressum. Statuentes insuper quod nullus tutor possit agere contra suum pupillum durante tutela / quo casu initium ipsi tutori nulla currat prescripto / nullusque minor annis .xxv. tutor deturnetur. Decernentes quoque quod Curator uel actor ad lites et causas tantum / constitutus non teneatur de aliquo facere inventarium / sed tempore constitutionis iurare teneatur utilia minoris facere / et inutilia circa circa lites pretermittere.

[illegible]

De curatore dando hereditati seu aliis bonis iacentibus Rubrica.

Ne hereditates seu bona alia iacentia / administratoribus iuridicis carentia / prolabantur / Statuimus quod si contigerit aliquam hereditatem / seu aliqua alia bona / fore iacentia / petentibus

creditorib; / uel alijs quor interesse pot / dari debeat curator ipis bonis seu hereditati / ydoneus et sufficiens / qui inuentariu facere teneatur a die sue creationis usq ad .xv. diem / publica proclamatione pmissa / i loco solite habitationis defuncti cuius erant bona uel alterius absentis / Et si aliqs uult interesse confectioni dicti inuentarij / debeat talib; dieb; locis et horis etis interesse ad uidendum dictum inuentarium confici / Et allegandu quicquid uoluit super reb; et iurib; in dicto inuentario describendis. Quod inuentariu publicare teneatur cora iudicio infra dictos dies. Et nisi modo et forma predictis inuentarium confecerit / contra eum procedi possit sicut procedi pot contra tutores scdm forma constitutionum inuentarium no conficientes.

xxii.

De inuentarijs a tutorib; uel curatorib; conficiendis R^ca.

Utilitati pupillor et minor prouidere cupientes pnti Constitutione decernimus q quicumq datus fuit tutor in testamento si pns fuit testamento / et no contradixit / censeat statim post morte defuncte psone tutelam acceptasse / et eam subire cogatur / nisi post testim noue cause legitime / p iudicium comprobande / sup no administranda tutela / supuenerit / Et nisi fuit uxor defuncti / que forte tunc ob mariti reuerentiam ei contradicere causa no fuit / quo casu post morte defuncti infra quindecim dies se nolle tutelam subire declarauit / tutelam assumpsisse censeat. Si uo tutor p testatorem assignatus pns no fuit / tunc teneat a die qua sciuerit se tutorem datum / usq ad decem dies tutelam predictam acceptasse / uel excusationes legitimas cora iudicio pposuisse. Omnes uo tutores / tam testamentarij / q legitimi / q etiam datiui / ac etiam curatores dati ad negotia / infra Triginta dierum spatiu a die acceptationis tutele / uel declarationis de administranda tutela / uel cura p iudicem facte computandu / teneat et debeat toto posse / fideliter et plene confici facere p sufficientem notarium inuentarium de omib; bonis / mobilib; et immobilib; / iurib; et actionib; debitis et creditis / pupilli uel pupille / pupillor uel adultor / quor

tutellam uel curam gerunt que et quas bona fide inuenerint in he-
reditate / salua in semper ueritate qua uti possint bona fide cora iudicio
in detrahendo non bene posita per errorem / et in adiciendo que postea i
eorum notitiam peruenissent / Ad quam inuentarii confectionem conuocare
teneantur et debeant duos de magis ydoneis et melius informatis ex at-
tinentibus uel affinibus pupilli / uel pupillorum / uel adultorum uidelicet unum ex
parte patris / alium ex parte matris / qui sub penis per officium iudicii impo-
nendis / confectioni dicti inuentarii pro comodo minorum adesse cogantur.
Et si per aliquod tempus conuocati forent contumaces / aut si subesset alia causa
legitima per iudicium comprobanda per quam inuentarii confectio retarda-
retur / quod illud tempus in pena tutoris uel curatoris ei non preiudicet
sed de medio subducatur. Quod quidem inuentarium confectum teneantur
et debeant administratores transactis .xxx. diebus predictis / usque ad octo
dies postea sequentes inclusiue publicare coram iudicio cuius de auctoritate in-
uentarium fuit confectum. Ad quam publicationem teneantur tutores
uel curatores conuocare illos qui ut supra fuerint conuocati confectioni inuentarii.
Si uero ex attinentibus uel affinibus dictorum pupillorum uel adultorum non reperirentur
personae sufficientes et habiles ad inuentarii predicti confectionem / tunc teneatur
tutor uel curator comparere in iudicio / et petere ad id deputari duos
ydoneos uiros quos iudex ex informatione habita / putet esse sufficientes
et informatos de [illegible]ribus hereditatis. Si autem dictum inuentarium dicto
modo non fuit dolo uel lata culpa administratoris confectum / nichilominus
possint administratores in iudicio experiri / et per creditores minorum conueniri
et non obstante contumacia iudicialiter procedi / Et quicquid actum
fuit in fauorem minoris / habeat roboris firmitatem ad utilitatem mi-
noris et preiudicium aduersarii. Et similiter quicquid actum fuit quod ui-
deatur in preiudicium et dampnum minoris esse actum / etiam si iuste ob-
tentum fuit contra administratorem prefatum / habeat etiam roboris firmitatem
quo ad preiudicium eius / et in bonis ipsorum administratorum fiat exe-
cutio sententie que apparet lata contra minorem / etiam si iuste lata foret /
non autem in bonis minoris / ymo quantum ad minorem et eius bona censea-
tur sententia nulla / nisi aliter ex euidenti et honesta causa iudicio statuendum
uideretur in subueniendo administratori. Si uero elapso tempore con-
ficiendi inuentarium / creditores pupillorum / uel aliqui eorum attinentes /
uel amici / coram iudicio proposuerint ipsos administratores non esse soluendo /
et inuentarium non confecisse / tunc possit et debeat dictus administra-
tor ad instantiam predictorum uel ex officio iudicii / remoueri / et de alio
prouideri si utilitati euidenti minoris cognitum fuit expedire / aut

etiam sub penar multiplicatione imponi possit administratori ut inventarium ut supra debite consiciatur pro utilitate minoris.
Et nichilominus si interim factus foret aliquis processus ut aliquid contra eum tunc contra administratorem obtentum fuit illud valeat quo ad eius preiudicium et non in detrimentum minoris. Et in eius administratoris bonis fiat executio sive ab administratione eum removeri contingat sive de alio provideri aut etiam si in administratione remanserit. Nisi ut supra aliter religioni iurisditionis ex causa statuendum videat. Sed in omnibus predictis casibus remaneat ius suum salvum creditori in his que recipere non potuit ab administratore contra bona minoris, inchoando tamen contra eum litem de novo non autem vigore obtentorum contra administratorem prefatum. In super declaramus quod tutores teneantur inventarium conficere et curatores secundum modum antedictum. Et si confectio inventarii per testatorem fuit directe vel indirecte vetita vel remissa, que dictatio vel remissio si per quemcumque facta fuit ipso iure non valeat.

iij De ratione reddenda per tutores vel curatores singulis annis Rubrica.

Ad hoc ut cautum fieri potest bona et iura minorum conserventur, hac salubri constitutione determinamus quod omnes tutores et curatores ad negocia annis singulis teneantur a prima die Quadragesime usque ad mediam Quadragesimam in scriptis producere et reddere debitam rationem sue administrationis coram illo iudicio vel deputatis ab eo sub quo persone existentes sub tutela vel cura habitant et domicilium vel forum habent. Et si ipsi administratores impedimento aliquo legitimo per iudicium comprobando nequiverint in dicto termino congruentes reddere rationem teneantur postea reddere a media quadragesima usque ad dominicam olivarum. Que quidem ratio parentibus pupillis cum infantia excesserint vel adultis parentibus reddatur in presentia duorum ex propinquioribus magis ydoneis ipsorum minorum, uno videlicet ex parte patris, alio ex parte matris, nichilominus informatis de conditionibus facultatum ipsorum minorum conveniendis, et si expediet per penarum impositiones compellendis per iudicium ad instantiam administratorum,

uel etiam ex mero iurisditionis offitio. Et si tot uel tales non
inueniantur, tunc deputentur duo alij boni uiri qui sint affi
nitate uel amicitia coniuncti dictis minoribus, qui uel sint dete
toni reddende et i scriptis redigende ut semp apparere possit.
Et siquidem coram iudicio bona reddiderint rationem si officio p
seuerent, alr aut ab offo remoueant, et p iudicem suffi
cienter ipsis minoribus debeat prouideri, et ulterius teneant
resarcire omnem dampnum et interesse ipsius minoris, ut alr in
dempnitati sue debeat prouideri. Ita tam q ppt debitam redditam
rationem nullum preiudicium minoribus generetur, quin eorum admi
stratores teneant tpr finiti officij sui generalem sue administra
tionis reddere rationem. Et pdicta uendicet sibi locum etiam in
curatoribus prodigorum seu furiosorum. Firmit statuentes q onus
rationum reddendarum p testatorem uel alium quemcumque, directe,
uel indirecte, cum penis uel sine penis remitti non possit uel alr
prohiberi.

xxxviiij. De administratione interdicenda dissipantibus bona sua Rubrica.

Constituimus q siquis apparuerit ex declaratione p iudi
cium in scriptis facta, bonorum suorum dissipator uel prodigus, postq
p attinentes seu amicos suos, aut famam publicam hoc fuit i
notitiam, sup quo etiam possit ex mero officio inquiri, possit, ua
leat et debeat interdici publice illi prodigo uel dissipatori, bo
norum suorum administratio, et eidem curator det sine cuius auctoritate et
consensu non ualeat se obligare, neque debita contrahere, aut bona
sua stabilia aliquatenus obligare uel distrahere, nisi pro euidenti uti
litate, aut urgente necessitate, necesse fuit de bonis eius obli
gari, uel alienari, quo casu fieri possit, adhibita solemnitate,
que in alienatione uel obligatione bonorum minorum requirit
consueta. Administratores aut pdicti ad confectionem inuentarij
et administrationis sue rationem reddendam teneant prout ceteri ad
ministratores tenent, de quibus i duabus sup proximis Consti
tutionibus est expressum.

seu instrumentis et scriptiuris priuatis uti ualeat debito modo
usque ad uerā sortem usque ad quinquennium tm̄ et nō ultra a
die obligationis contracte numerandum . Et talia instrā seu scrip
ture priuate elapso dicto quinquennio sint ipso iure irrita et cassa
et nullius momenti et prescripti esse intelligatur dictis obligationibus
quo ad totale ius agendi uel excipiendi et obligationes bonorum .
Nec per aliquas conuentiones partium aut renuntiationes aut iura
menta debitorum possit in contrarium prouideri quo minus predicta
uendicet sibi locum . Et iuramenta talia contra dispositionem huius
Constitutionis prestita per fraudem extorta et contra bonos mores
prestita presumantur . Declarantes quod omnes contractus quorumcumque
usurariorum publicorum etiam si nō teneat banchum usurarum noto
rium cepti in eorum personas uel in personas existentes de eorum fami
lia intelligantur et presumantur fore de duplo . Statuentesque illum
intelligi fore et probari plene publicum usurarium qui saltem per tres
testes ydoneos probatus fuerit quod pecunias sub usuris mutuauit etiam si
predicti testes sint in suis testimonijs singulares et in facto proprio depo
nentes dummodo iurent se alicuius commodi proprij pretextu nō testificari

De promissione restitutionis bonorum fiende infra certum tempus Rubrica

Statuimus quod de promissione facta per emptorem de uendendis
seu reuendendis uel etiam restituendis bonis stabilibus uenditori pro retro
quo uendita fuerint seu alio ad specificatum tempus uel nō specificatum
si pecunia daretur licet de huiusmodi promissione seu pacto inter eos
fuerit confectum publicum instrumentum tamen ualeat probari per testes ydo
neos infra . xv . annos a tempore promissionis huiusmodi . Sed ultra . xv .
annos probari possit per instrumentum et nō aliter . Nec talis contractus
reputetur feneraticius si iustum pretium interuenerit uel quasi . Et habeat
locum etiam in preteritis contractibus pendentibus et futuris .

De castris Rubrica

Cxl. De sublatis obligationibus quas usurarii et alii exigebant Rubrica.

Quia quedam pestifera et dampnosa in patria Forijulij abusio inolevit quod quando fit contractus aliquis mutui vel depositi, creditores non contenti obligationibus in patria antiquitus consuetis, alias inexquisitas obligationes invenire conantur videlicet quod tam fideiussores quam principales se obligent. Quod si mutuum vel depositum in contractu contentum in statuto termino non solverit, teneantur intrare hostagiam, aut exire patriam, et non redire ad patriam donec mutuum vel depositum huiusmodi cum dampnis et expensis non fuit persolutum. Ex qua inepta adinventione, nonnulle domus Nobilium et Comitatum Forijulij destructe sunt et destruuntur, propter quod statuimus quod nullus creditor quicumque sit, et quocumque nomine mutuet, possit vel vel debeat ab aliquo de Foro Julij recipere quod obligantes se principaliter vel fideiussorio nomine, intrent hostagiam, vel teneantur exire patriam Forijulij, seu aliqua simili inhonesta obligatione preter iura communia. Nec principales, aut fideiussores, obligationibus huiusmodi etiam cum iuramento se valeat obligare. Quod si secus fuit factum, huiusmodi obligationes sint nullius valoris et firmitatis. Et nichilominus notarius conficiens instrumentum ab officio notarie per biennium sit suspensus. Et si tale iuramentum prestitum fuit, contra bonos mores extortum et prestitum censeatur.

Cxli. De usurariis Rubrica.

Ut usurariorum maligna voracitas refrenetur, decernimus quod quelibet persona mutuans sub usuris, per se, vel per alium, cuiuscumque conditionis existat, factis publicis instrumentis, vel scriptura privata, de manu debitoris, vel alterius eius voluntate, adhibita, vel non adhibita aliorum testium subscriptione, in predictis obligationibus

Nullus possit uendere / obligare / uel aliqualiter alienare / seu dare alicui forensi sua castra / munitiones / fortilicia uel loca suspecta. Et contrafactum si fuerit / talis alienatio non ualeat / sed bona sic alienata libere cedant cui deberent cedere / acsi alienans decederet intestatus. Et trahatur etiam ad predicta.

lxvi

De testamentis Rubrica.

Constituimus ad hoc ut ultime uoluntates defunctorum non ualeant defraudari quod in testamentis que fieri contigerit in terris muratis uel castris, aut suburbijs suis, septem testes secundum iura ciuilia debeant adhiberi. In testamentis uero in uillis conditis / numerus quinque testium sufficiens censeatur. Que uero in codicillis et in relictis ad pias causas per iura ciuilia uel canonica sunt sancita / debeant obseruari.

De Successionibus abintestato Rubrica.

Ut paterne et ceterorum masculorum superiorum diuitie in masculorum posteritatem perueniant / per quam honor familie solet conseruari / ac aliorum plerumque fieri longa memoria / antiquis Constitutionibus inherentes / statuendo sancimus quod siquis masculus sine testamento / uel abintestato / aut intestatus decessit / ad ipsius successionem et hereditatem admittantur primo ipsius defuncti filij masculi / deinde ceteri descendentes masculi nati ex linea masculina defuncti / Ita uidelicet quod pares in gradu pariter succedant / et qui prior est in gradu prius admittatur ad successionem / exclusis gradu posterioribus. Saluo quod si simul cum filijs masculis defuncti extarent ex filio uel filijs premortuis nepotes uel pronepotes masculi ex eis descendentes per lineam masculinam / Illi nepotes uel pronepotes et descendentes masculi ut supra una cum filijs

vel aliis descendentibus masculis per lineam masculinam / ad
successionem defuncti ascendentis recipiantur / Ita quod successio
in descendentes masculos ut supra deferatur in stirpes et non in capita.
Et si dicto ascendenti ut supra defuncto sine testamento / filii aut
descendentes masculi ut supra ex linea masculina non extarent / Tunc
si supersint ascendentes masculi ex linea masculina / et dicto defuncto
supersint fratres eius masculi ex utroque parente / vel ex patre tantum coniuncti /
tunc dicti ascendentes primiores in gradu / una admittantur cum
dictis fratribus defuncti ad eius hereditatem dividendam pariter inter
eos sic videlicet quod dictorum primiorum ascendentium / et dictorum fratrum
singuli / equalem in hereditate habeant portionem. Et si cum dictis
ascendentibus / aut defuncti fratribus extaret etiam filii masculi fratrum
defunctorum / Tunc ipsi etiam quotquot sint / ad successionem de-
functi admittantur in stirpem cum patruis suis predictis et dictis
primioribus ascendentibus. Et ubi non supersint dicti ascenden
tes masculi. nec descendentes masculi ex linea masculina /
nec etiam defuncti fratres masculi / Tunc si extant fratrum filii masculi /
ipsi admittantur ad hereditatem patrui defuncti dividendam inter
eos in stirpem et non in capita / Similiter modo / patrui per lineam mascu
linam coniuncti succedant nepotibus eorum masculis / sine testamento
decedentibus / non relictis descendentibus vel ascendentibus / aut
collateralibus ex linea masculina ut supra est expressum / Quibus
casibus filie eo modo defuncti ut supra dictum est / et cetere femi
nei sexus ex eo descendentes / ac descendentes ex eis mulieribus
cuiuscumque sexus existant / de masculis ex ipsis feminis descendentes
ad successionem vel hereditatem / seu aliquam partem ipsius hereditatis
predicte persone eo modo defuncte nullatenus admittantur / sed potius
per supradictos masculos descendentes et ascendentes masculos
seu collaterales masculos supradictos / sint excluse. Addicientes etiam
quod etiam matres / avie et proavie intelligantur esse excluse a /
successione filiorum masculorum et nepotum suorum / extantibus mas
culis supradictis / seu aliquibus ex eis / et hereditatem defuncti secundum
ordinem predictum adeuntibus. Volumus tamen et sic statuimus
quod filie dicti defuncti / et cetere feminini sexus que de bonis de
functi maritari debent / et ex eis maritandi ac dotandi onus

incumbit

incubuit. per predictos masculos succedentes cum fuerint ætatis nubilis de:
beant Maritari: et si dotatæ non non fuerint debeant dottari: et fulcimentis, ac
preparamentis nuptialibus juxta consuetudinem, et vires hereditatis fulciri. Ac
etiam antequam ad domum maritorum sint traductæ debeant alimentari ex
bonis dictæ hereditatis juxta qualitatem, et quantitatem bonorum, ac statum,
et conditionem earum dominarum maritandarum, et si dotatæ congrue fue=
rint: ac preparamentis nuptialibus fulcitæ, nihil de ipsa hereditate petere
possint. Ubi vero non extarent heredes supradicti masculi descendentes p
lineam masculinam, et ascendentes prædicti masculi ac collaterales ex linea
masculina, ut supra dictum est, tunc feminæ descendentes admitantur et
ad successionem cum gradus prerogativa in bonis supradicti masculi defun=
cti sine testamento. Et similiter ex ipsis feminis descendentes, ut pares in
gradu pariter succedant, et priores in gradu isto casu secundum jus commu=
ne prius succedant. Et quod in supradictis casibus in quibus filiæ, seu fe=
minæ ex eis descendentes sint exclusæ vigore presentis constitutiones ab here=
ditate dicti defuncti masculi per supradictos masculos connumeratos, videli=
cet ascendentes, collaterales: masculos per lineam masculinam procedentes. ha=
bere debeant de hereditate defuncti de qua agitur tantum, quantum est
sua legittima de jure communi in ipsa legittima computatis dote constituta,
seu constituenda, et preparamentis nuptialibus constitutis, seu constituen=
dis. Et si contingeret, quod supradicti omnes masculi connumerati ascen=
dentes videlicet, et collaterales tantummodo qui mulierem a supradicta here=
ditate contra juris communis dispositionem excluserint: decederent ex tes=
tamento, vel ab intestato sine filijs masculis, vel Nepotibus masculis ex ip=
sis filijs Masculis procedentibus, quod tunc tota hereditas illa quæ ad illos
masculos excludentes mulierem pervenit: deveniat, et devenire debeat in
dictas filias exclusas: et personas ex eis filiabus descendentes exclusas,
ut supra salva in hoc ultimo casu prerogativa gradus. Declarantes in=
super pro commodo dominarum, quod omnia disposita, et determinata in con=
stitutione supra in hoc volumine inserta, quæ incipit, quoniam superius per
duas constitutiones precedentes, et positas sub rubrica de heredibus compellendis
allimentare, maritare, et dottare feminas, et cætera debeant observari in casibus
supradictis ubi ab intestato succeditur, et ubi pro favore mulierum supra=

dicto

dicto modo exclusarum ipsę mulieres exclusę prętendere possent di=
ctam constitutionem, et eam alegare in earum benefitium tantum in
aliqua sui parte, ita quod ea, quę in sui benefitium sibi sunt statuta
etiam hic observetur, et non ea, quę quoquo modo sibi prejudicent.
Et in premissis casibus intestatus vel ab intestato, vel sine Testamento de=
cessisse intelligatur qui nullum condidit Testamentum, vel de jure con=
dere non potuit ratione ętatis vel alterius impedimenti, aut si Testamentū
condidit, quod postea ad Causam intestati quoquomodo sit deductum. Et
in Casibus per hanc constitutionem expresse omissis stetur dispositioni ju=
ris communis. Nec possint ipsę mulieres in earum detrimentum aliquo mo=
do facere finem, vel remissionem, aut quietationem aliquam contra dispo=
sitionem presentis constitutionis, vel alicujus partis ipsius, etiam cum pęna,
vel juramento aliquo, quod per malitiam, et contra bonos mores si interve=
nerit prestitum intelligatur. Nec huic constitutioni in illis partibus, quę
favorem mulierum continet aliquo modo renuntiari possit, etiam cum
juramento directę vel indirectę quod contra Bonos mores si intervenerit
prestitum presumatur, ut supra.

De hereditatibus, et inventarijs
Rub. CXLVI.

Vt obvietur fraudibus quas quandoqumque perpetrare contingit in acquisitione hereditarum cum benefitio inventarij et ipsius con=
fectione: Statuimus, quod si qua persona adire voluerit hereditatem
aliquam, aut ipsi hereditatis se imisceve cum benefitio inventarij, hoc
facere non possit, nisi coram jurisdictione, cui Subiecta erat persona
defuncta, de cujus hereditate agitur: sed talis volens adire vel immiscere
cum beneficio inventarij teneatur coram dicta jurisdictione eandem he=
reditatem adire, vel ei se immiscere infra xx dierum spatium à
die mortis defuncti exclusive computandorum, et tunc ibidem assum=
pta tali hereditate per judicium deputetur unius sufficiens notarius non suspectus,

qui

qui totum inuentarium conscribat de omnibus bonis, iuribus et rebus
totius hereditatis de qua agitur. Et postea tali acceptans hereditate
ibidem sacramentum quod omni dolo, fraude et malitia remotis fideliter de-
scribi faciet in inuentario omnia et singula bona hereditaria, tam mo-
bilia quam immobilia, iura et actiones, ac debita et credita spectantia
et pertinentes ad dictam hereditatem, que ad ipsius heredis notitia peruenire
contigerit. Quod quidem inuentarium teneat heres inchoare, media-
re, finire et publicare infra terminum .xxx.ta dierum post diem accepta-
te hereditatis numerandorum. Teneat insuper talis heres per octo dies
ante publicationem inuentarii preconicari seu proclamari facere publice
et alta voce, quod omnes creditores et legatarii et quicumque quorum inter-
est, compareant loco et tempore determinatis, in quibus facienda est
publicatio coram iudicio coram quo facta fuit hereditatis acceptatio.
Predictis uero per heredem non seruatis, aut aliquibus rebus in inuentario describen-
dis, ex fraude uel malitia heredis non positis sed omissis, inuen-
tarii confectio eidem nichil prosit, et omnibus creditoribus et legatariis te-
neatur in solidum perinde acsi hereditatem sine beneficio inuentarii accep-
tasset. In minoribus autem predicta uendicet sibi locum postquam
de tutore seu curatore legitime sit prouisum. Mulieribus
uero maioribus ob sexus fragilitatem, et iuris ignorantiam quibus
aliqua hereditas sit delata .xxx. dies connumerandos a die mortis
defuncti prout exclusiue, impartimur ad ipsius acceptationem fa-
ciendam cum beneficio inuentarii ut supius est expressum.

De mittendis in possessionem hereditatis defuncti. Rubrica.

Constituimus quod siquis comparuerit coram iudice, et petat
se poni in possessione alicuius hereditatis, seu bonorum, Siquidem
allegat se heredem illius de cuius bonis fit mentio, et ibidem
probet per instrumentum continens testamentum, uel per legitimum numerum
testium se heredem legitime, et nullo comparuerit ibi contra-
dictor, tunc statim detur sibi nuncius ad ponendum eum in
possessionem ut quasi rectorem bonorum, in quorum possessione uel quasi erat
defunctus tempore mortis sue, Saluo iure cuiuscumque persone. Si uero

ibidem legitime no probauerint se heredes, no det sibi nuncius
donec legitima fecerit pbatonem de eo qd allegauit. Et hec
qn allegat se heredes p testamentu. Si uo assat se herede in
ab intestato, tunc seruet iste modus q fiat publica pclama-
matio i platea loci ubi solebat habitare ille cui bona erat de
quib fit mentio. Et cora loco solite habitationis ipsius i hac
forma p cedulam que affixa remaneat sup platea pdicta. vz.
Nouerint uniusi q talis psona petijt coram iudice se poni
in possession rerum et bonorum que fuerunt talis defuncti, tanqm olim
proximior abintestato. Quapp siquis credit se here ius in
dictis bonis, seu uult contradicere q no ponat i possione
pdictam, compareat cora iudicio dicto infra. xv. dies ad
dicendum et allegandu ius quare contradicere uult q no po-
natur in possessione pdicta. Alioquin ponetur in possione
Saluo iure cuiuslibet psone. Et si nullus comparuerit contra-
dictor, tunc trasactis dieb. xv. pdictis, ponetur in possione
dictorum bonorum, saluo semp iure unicuiqz psone, sup p-
prietate, facta tamen fide de pclamatione predicta et de af-
fixione cedule. Qui sic positus i possione defendat i dicta
possession contra omnes psonas, Exceptis pupillis et alijs psonis
existentib extra puinciam tpre. xv. dierum suprascriptorum. Et except
his qui postea compareret allegantes se heredes ex testo,
uel proximiores abintestato, aut in pari gradu, et talib
quo ad eos etia pot de hereditate spectare. Quib casib, infra
annum a die quo primus fuit positus i possione computandu,
admittantur tales suprascripte psone ad petendum possionem
dictorum bonorum, non obstante possione primi positi in
possionem p primam. Et istis casib, talis possessio no psit
nec noceat ipi qui eam obtinuit. Nec pdictis absentibus,
pupillis, aut heredib testamentarijs, uel ab intestato u s.
Sz denouo discutiatur quis debeat i possione dictorum bonorum poni,
proinde ac si ab initio nuq fuisset assignata possessio alicui
dictorum ptium. Interim aut i casib suprascriptis donec fuit
determinatu qs poni debeat i possione bonorum de qb e qstio,

eligatur p ptes aliqua psona penes quam possessio dic-
torum bonoz remaneat / donec fuit diffinitiuz quis eoz
hrē debeat possessionez dtoz bonoz / ne ptes habeant ma-
teriam rixandi . Et si de una psona concordare no possit
ptes pdte / Tunc eligat p dominium psona aliqua no
suspecta / que suspitio & ca suspitionis si allegetur / p smaz
approbet ul reptet / penes qua & ad cui gubernationez
bona remaneat / donec fuit determinatu ut supra . Sumptibz
et expensis hrēditatis & bonoz de quibz contendit . Adicien-
tes qd a sma lata sup sequestratore huiusmoi neutra ptiuz
ualeat appellare .

C.lxiij.

De legatis p heredez statiz soluendis Rubrica .

Ordinamus qd legata ul relicta in testo / ul codicillis /
prestare teneat statim hrēs post aditam hrēditatem / ul
postqz se immiscuit hrēditati / Nisi aliz ut aliud appa-
reat de uoluntate testoris / Et nisi adita fuit hrēditas
cuz bnficio inuentarij / Quo casu conueniri no possit a creditó-
ribz / Nec soluere teneat credita ul legata nisi post confec-
tionez inuentarij / uel post elapsu temp ipius inuen-
tarij conficiendi / in Constitutione sup hoc edita limitatuz .

C.lxiiij.

De legatis a legatario ppria auctē no occupandis Rca .

Constituimus qd hi quibz est aliquid in testo / ul codi-
cillis / iure legati / ul fideicomissi / uel alio quocuqz titulo
relictuz / teneat petere rez legataz / seu relicta / ab hrēde
uniuersali / no aut ipam ppria auctē arripe / nec p sen-
tentia ipius possionez apprehendere hrēde no citato . De-
cernentes talez apphensionez possionis no citato hrēde /
ul sine eius uoluntate factaz p legatariuz / seu fideicom-
missarium nullius fore effectus roboris seu ualoris / Nec

tribui ius aliquod p eandem. Pro huiusmodi aut apphensione legatarius no cadat a iure legati, sed rez restitue compellat cum damnis et expensis, quam postea possit repete debito modo. Et hat locum etia in pendentibz uel nundu pendentibz. Et si legatuz ut relictum fuit nomen debitoris, possit legatarius scdm ius cxe suis actoibz expiri, pri9 tam ad hx hredibus citatis si aliquid contradice uolunt.

.C.L.

De depredatoribz et robatoribz stratarz publicarz et committentibz priuatiz carcerem Rca.

Ut strate et itinera publica tam mercatoribz q alijs quibuscuq psonis tute, secure et libere pateant, constituimus et ordinazz. Qz quicuq domini locumtenentis ut ecclie Aquilegen subdit ut forensis stratas ipas seu itinera publica uiolare, rumpe ut turbare, spolia ut derobatones committe sup ipis presumpserint quocuq modo, siue Nobilis siue popularis existat, si hri poterit ut capi, furcis suspendatur, tali q moriatur. Si no hri ut capi no poterit, sub eadem pena pretio sit bannitus p uniuersas terras et a quocuq dno Aquilegen ecclie, ita q nec in terris, nec in castris totius patrie foriiulij possit stare. De bonis no malefactoris predicti siqua hebit et hri poterit satisfiat spoliato usq ad summaz eius quod sibi acceptuz fuit, sup qua summa accepta ut extimatoe ipius stet sacramento ipius spoliati. Acceptantes no derobatores et malefactores pdtos, aut eaz re tali derobata, aut siue. Et admittentes eos in castris, fortilicijs siue domibz suis, si sicut fecerint, et ipum ut ipos derobatores cum spolio et derobatoe huiusmoi infra tres dies etiaz no requisiti no presentauerit et assignauerint dno locumtenenti, aut marescalco, seu ipius uicesgerenti, Uel siquis ut siqui ignoranter receptauiss ut receptauissent derobatores et malefactores predictos cu spolio, ut siue ut supra, et requisitus ut requisiti ex pte dni locumtenentis, aut p pdtos eius officiales ut alteruim ipoz, aut eoz ut alteri ipoz nuncios infra duos dies computata die requisitois, ipos malefactores et derobatores no presentauerint ut assignauerint ut

dictum est, simili pene subiaceant, et cadant in penam predictam, et contra eum vel eos per dominum ita procedat, sicut pro ipsum vel ipsos receptatores scelus huiusmodi fuisset commissum, Excepto quod si appareret presidentem in tali loco omnem suam fecisse diligentiam in premissis. Quod si dicti derobatores non fuerint presentati ut supra dictum est, et reperiatur vel modo aliquo probari possit ipsos derobatores tempore receptationis vel post, fuisse et esse in dictis castris, domibus, vel fortaliciis, tunc tales receptatores nullam possint pretendere ignorantiam, sed puniantur in dicta pena, et contra ipsos procedatur simili modo sicut si a principio dictos derobatores et malefactores a principio scienter receptassent vel receptassent. Statuimus quoque et ordinamus quod predicta puniatur omnes capientes aliquem vel aliquos personaliter tempore pacis et extra vias publicas propria auctoritate, et sine auctoritate domini domino tales vel tales capti non fuerint servitores vel massarii capientium. Et hoc locum in preteritis et futuris.

C. lj.

De modo procedendi contra derobatores stratarum publicarum et receptatores eorum Rubrica.

Item constituimus et ordinamus quod cum proceditur contra derobatores predictos sufficiat unica citatio publice facta in platea loci ubi proceditur per iudicium seu alterum de eius commissione, ad sua defensiones faciendum, ad decimam diem computandam post diem dicte proclamationis facte. Et simili modo contra dictum receptatorem procedatur.

C. lij.

De Communitatibus rebellantibus vel iniuriantibus officialibus domini Rubrica.

Ordinamus quod quandocumque aliqua Communitas, turba coadunata insecuti fuerint Marescalcum domini locumtenentis

vel eius vicesgerentis / aut eius familiares / vel precones / debito et congruo modo suum officium exequentes et cum domino Marescalco existentes / vel revelaverint pignera eisdem officialibus / omnes culpabiles existentes / soluat media marcham solidorum pro quolibet / et nichilominus cadat in pena .xxv. librarum curie applicandarum. De numero autem ipsorum excedentium credatur domino Marescalco / dato ei iuramento super hoc / vel eius vicesgerenti / usque ad numerum .xxv. hominum infra. Ab inde vero supra fiat legitima probatio per alios quam dictos officiales.

C.liij.

De pena percutientium officiales domini locumtenentis Rubrica.

Si aliquis fuerit tante temeritatis quod percusserit preconem / aut familiarem domini locumtenentis / vel Marescalchi exercentes officium suum / tunc si ex dicta percussione non fuerit secuta sanguinis effusio / et percussor fuerit masculus, cadat in pena unius marche curie applicande. Si vero fuerit mulier que dictam percussionem fecerit / tunc soluat mediam marcham / Si tamen multum graviter percussus fuerit / puniatur percutiens pena duarum marcharum. Si autem ex percussione secuta fuerit sanguinis effusio et vulnus / tunc percutiens cuiuscumque sexus existat cadat in pena .xxv. librarum curie applicandarum. Et nichilominus teneatur soluere expensas pro medico et medicinis pro liberatione dicti percussi. Et de percussis vulneribus et percussionibus credatur relationi preconis cum uno ydoneo teste / si preco fuerit percussus. Si vero talis fuerit percussus familiaris domini locumtenentis / vel Marescalchi exercens cum precone suum officium / percutiens cadat in pena .iiij.or marcharum curie applicandarum / duobus testibus testificantibus de dicta percussione. Et admittantur mulieres ad testificandum sicut masculi. Addentes quod pro debilitate membri officialium / aut enormi vulnere ex quo sequatur cicatrix / super facie / condemnetur delinquens in libris Centum / et ad interesse dampnum passi / quarum medietas offenso applicetur.

C.liiij.

De his qui rapiunt et auferunt pignera preconibus postquam illa receperint Rubrica.

Siui

Si preco suum exequens officium sine dno Marescalcho vel
eius familia accepit pignus vel pignera de domo vel habitatore ali
cuius, et ibidem prohibitum fuit nuntiis vel facto digitu vel pignera
exportare vel extraducere, aut ipsa pignera fuerint de manu
ipsius preconis ablata, tunc censeatur talis persona prohibens vel
auferens fecisse rivellum, et pro pena rivelli solvat soldos xl.ta
si fuerit masculus, si vero femina .xx.ti Si vero postquam data pignera
fuerint extra domum, vel habitatorem, curiam, bayarcium et porticum
traducta et exportata per preconem, et prohibitum fuit ipsi preconi dicta
pignera ducere, talis prohibens, aut auferens fecisse exfortium cen-
seatur. Et pro pena exfortii puniatur in libris .l.ta applicandis curie
consuete si masculus fuerit, si vero femina in una marcha.

C. lv.

De pluribus coadunatis pignera de manibus preconum rapientibus Rubrica.

Si plures coadunati abstulerint vel rapuerint de manu vel tenuta
preconis pignerantis sine dno Marescalcho et eius familia, et ipsa pi
gnera habitis extra domum et confines domus pignerati, omnes predicti in-
simul intelligantur unum exfortium commisisse, et de unico exfortio
teneantur. Et pro pena exfortii puniantur in libris .xxv. curie applicandis,
et nihilominus arbitrio dni Locumtenentis. Et tunc de numero eorum qui dictum
exfortium commiserint, credatur et stetur relationi preconis. Et hoc
cum Communitas ville consignet tot nomine delinquentes quot pro
predictis tetulerit, qui ad solutionem dicte pene teneantur. Quod si fecit
dicta Communitas, ceteri de dicta villa sint a dicto exfortio absoluti. Si vero
dicta Communitas tot nomine delinquentes non designaverit, tunc ipsa
Communitas in omni eo quod deerit teneatur.

C. lvj.

De potestate surrogandi precones per iudicium Rubrica.

Ordinamus quod curia dni Locumtenentis seu aliud iudicium facta
sibi fide per publicum instrumentum, vel notas seu acta curie de sententia obtenta in
iudicio, et nuntio dato per laudum et sententiam, possit in iudicio et ex
abstinentia aliqua alia sententia ad instantiam creditoris, illum nuntium alias

mutare, et loco eius alium surrogare, qui possit exequi et facere sicut poterat nuntius in iudicio obtentus. Consuetudine seu Constitutione aliqua non obstante. Et habeat locum etiam in pendentibus.

Clvij.

De rusticis carriçare non debentibus diebus dominicis Rubrica

Ut prava rusticorum consuetudo que inolevit deleatur, Statuimus quod Rustici seu carreatores non debeant carriçare in infrascriptis diebus festivis Incipiendo exire de domo causa carrizandi, Exceptis nundinis seu mercatis publicis. Et hoc sub pena .lx. solidorum cuius pene medietas applicetur accusatori, et altera Iurisditioni loci cui subest delinquens videlicet in die nativitatis domini cum duobus diebus sequentibus. In die Resurrectionis eiusdem, cum duobus diebus sequentibus. Ascensionis domini, In festo corporis xpi. Assumptionis beate virginis Marie. In festo penthecostes, In festo omnium sanctorum, et singulis diebus dominicis, exceptis casibus necessitatis arbitrio habentis iurisditionem declarandis.

Clviij.

De apothecis in villis non tenendis Rubrica.

Constituimus quod Rustici tenere non audeant in villis seu locis non existentibus sub castris habitatis contiguis, Speciarias, marçarias, aut apothecas olei, salis, vel alterius grasse, in vendendo huiusmodi res ad minutum. Et hoc in pena .Lta. librarum domino applicandarum. Nec habens iurisditionem loco in loco possit alicui licentiam exhibere contra tenorem constitutionis presentis, sub dicta pena domino applicanda.

Clviiij.

De prohibitione armorum rusticis indicta Rubrica

Ut quantum fieri potest, materia scandali valeat evitari, determinimus quod nullus ad festa proclamata, nundias et

mercata pclamata / ul' ad iudicia / portare audeat lanceas / Gauaīnas / spelta / Ronchonos / balistaz / arcum / a / sagittis / sub pena āmissionis armoꝝ / et soldoꝝ quadraginta p quolibet et quaqꝫ uice / hnti iurisditōez applicanda . Saluo q̄ hntes iurisditōez ī locis possit dicte ut dare licentia tot quot uolent / portandi que arma uolent pro custodia ī dictis locis fienda .)

CLx.

De preconib; et caballaijs Rubrica .)

Ordinamus q̄ precones z caballarij cuz ī pignerando eoꝝ offitiuz exercet / debeant prima uice honesto modo pete pignus sibi dari a / debitorib; . seu ab his qui sūt de eoꝝ familia . Et no debeant prima uice uiolent' intrare domos / plātoꝝ / Nobiliuz / ut alioꝝ ciuium nisi aliud p iudicem fuīt sibi comissum / Et si pignus sibi dari eis negatum fuīt / censeat' Riuelliz esse commissum . Et debitor p Riuello ī xl. soldis odemnetur . Adicientes q̄ obtenta licentia / ad instantia alicui' ab offō p faciedo aliquem pignerari / no debeat mitti nisi un' sol' nūcius ut caballarius / et no plures / nisi riuelluz foret comissu / quo cum duo mitti possint et no plures . Nisi secl' in pmissis casib; / p hntem iurisditonem / fuīt declaratum . Et qui otrafecerit in expensis p iudicez taxandis illico odemnetur .)

CLxi.

De tpē quo massarij possint aut debeant relinquere man Mansos Rubrica .)

Constituimus q̄ Rustici qui sunt conpieti soluere aliquez affictum rone alicui' mansi / ut territorij / no possint mansum ut territorium illud relaxare ullo tpē anni / nisi / a pmo die Augusti usq; ad festū assumptionis btē Marie uirginis inclusiue . Et simili no possit dn̄s . Rusticum licentiare nisi dcto tpē . Et rustici mansos relaxantes teneat' securitatez pstare de soluendis integris affictib; et debitis / et de stramine seleamo / et fimo dimittendis / Et mansuz seu territorium

melioratum dimittere teneantur cum campis illo tempore solitis aratum sufficienter aratis, et non aliter. Et credatur domino per eius sacramentum contra Rusticum de affictibus dictorum annorum non solutis. Adicientes quod siquis scienter acceperit sub se loco et ficto alterius massarium, teneatur et ipso iure obligatus sit ad soluendum omnia debita et affictus ipsius massarii priori domino creditori, uel dictum massarium infra spacium unius mensis ab ipso repellere teneatur. Et Rustici sponte mansos dimittentes, uel propter eorum culpam uel defectum de mansis licentiati, non possint petere aliquid de expensis factis in Mansis.

Clxiij

De domino pustotte super pustotta pignerare ualente Rubrica;

Ordinamus quod dominus pustotte alicuius mansi pro affictibus et debitis eius possit accipere seu retinere quecumque bona tenentis pustottam inuenta super dicta pustotta. Et quod dominus super cuius territorio stat non possit ipsa bona dicti Coloni accipere super dicta pustotta. Et pustotta intelligatur quodcumque territorium tentum sub manu.

Clxiiij

De pena imposita contra rusticos super pustottis Rubrica.

Ut rusticorum malicijs et fraudibus obuietur quibus utuntur contra prelatos, Nobiles et ciues huius prouincie, Statuimus quod si aliqua communitas castri uel uille, palacz uel contrate aliquam coniurantiam fecerit, ordinando inter se quod nullus audeat conducere uel laborare ab alio aliquem mansum seu etiam territorium positum in dicta uilla seu eius pertinentijs quod sit in pustotta, ad certum tempus uel imperpetuum, siue colonus primo resignauerit domino dictum Mansum, siue dominus primo colonum licentiauerit, quod tunc dicta Communitas ipso facto incurrat in penam librarum Centum, quarum tertia pars sit Iurisdictionem habentis in uilla, tertia pars domini Mansi, et reliqua tertia pars sit accusatoris. que irremissibiliter exigi debeat infra mensem. Aliter dominus locum tenens pro domino exigere teneatur. Et de premissis credatur uni

uni testi accusanti bone conditionis et fame et omni exceptione
maiori / et teneatur in secreto cuiuscumque fuerit in ipsa vicinantia / nec
pro parte sua ulterius teneatur. Insuper providemus quod si aliqua
Comunitas in ea venerit cum eorum animalibus ad pasculandum in locis
que in pistotta remansit in pertinentiis dicte ville / aut uvas acce-
perit / vel ligna et arbores inciderit / aut herba secaverit / tunc ipso facto
cadat in penam .L. librarum applicandarum ut supra / et ad extimationem
damni teneatur / de quibus credatur uni testi omni exceptione maiori
et in secreto teneatur. Si autem singulariter et divisim cumque personarum in
dictis pistottis animalia ad pasculandum perduxerit / vel dampnum de-
derit / uvas auferendo / vel ligna incidendo / vel aliud dampnum
inferendo ut supra / ipso iure pena .xl. solidorum teneatur ut supra
dividenda et exigenda / et ad extimationem dampni ut supra / et uni
soli ydoneo testi credatur ut supra / etiam si fuerit habitator ipsius ville.
Ulterius ordinamus quod si qua Comunitas alicuius castri / vel ville /
sine scitu et licentia dominorum Mansorum in pertinentiis dicte ville ia-
centium / expresse posuerit aliquos campos dominorum in pastino / sive co-
munia / talis posito ipso iure nullius sit roboris / nec ulla prescriptio
possit induci. Et licitum sit dominis vel eorum Colonis / accipere dictos
campos pro sue libito voluntatis / et nichilominus dicta Comunitas
pena Centum librarum solidorum puniatur / dividenda et applicanda
ut supra / et unius testis omni exceptione maior plenam probationem
inducat / etiam si de ipsa vicinantia fuerit / et in secreto teneatur.
Statuimus insuper quod si qua Comunitas in vicinantia deliberaverit
quod nullus de eadem villa / vel alia / audeat adiuvare / vel laborare
pro premio aliquem dominum habentem in dicta villa aliquem mansum in pistotta
existentem / quod tunc ipsa Comunitas ipso facto incidat in penam librarum
Centum dividendarum ut supra. Et si officiales alicuius ville / vel
castri / secrete tractaverint et fecerint supradicta / licet non in vicinantia
ad hoc ut magis in secreto remaneat / quod tunc ipsi soli officiales
in dictam penam librarum Centum teneantur applicanda ut supra.
Et in premissis uni testi / omni exceptione maiori / plena fi-
des possit adhiberi / licet de eadem villa fuerit. Et delinquentes
solvendo non fuerint / in carceribus detrudantur / et ibidem per me

dum annum teneantur / et p communitatem nulle eis fiant expense si iudicio uidebitur / aut aliter eius arbitrio / sed non minus presumant. Decernimus insuper quod siquis fuit massarius loco et foco / et aliqua bona alienauit / uel in dotem pro aliqua muliere dedit / uel ipsa / aut aliquid super ipsis pro anima reliquerit / illa bona sic alienata / uel legata / intelligantur fore de manso domini sui in quo morabatur / si tamen fama et credulitas erat in loco bona illa fore de manso illius domini / Et ideo talis / uel legatum nullius sit effectus in preiudicium domini / nisi ipse massarius uel eius heredes legitime probauerint illa bona ad se spectare et pertinere / uel nisi probaret legitime dicta bona fore alterius mansi quam eius quem tenet loco et foco. Eodem modo statuimus in massario qui stet in domo sua / et aliquem mansum alicuius domini tenuerit in pustotta quod bona alienata presumantur modo predicto esse de dicto manso quem tenet in pustotta nisi probauerit ut supra dictum est.

Alienatio

De his qui minantur uolentibus recipere mansos iacentes ad affictum.

Siquis tante temeritatis extiterit quod minatus fuerit aut modo aliquo impedierit / per se uel per alium / alicui recipere uolenti aliquem mansum ad affictum de offendendo eum in personam / uel bonis suis / aut super dicto manso. Et hoc probari possit per duos testes ydoneos / etiam feminini sexus / pena .L. librarum multetur / quarum tertia pars iurisdictioni loci applicetur / tertia sit domini mansi / et tertia minas passi / et pro dicta pena possit carcerari. Si uero post dictas minas recipientem mansum offenderit in persona cum sanguinis effusione / uel alia lesione notabili / Centum librarum pena multetur / applicanda pro dimidia iniuriam passo / et pro dimidia iurisditioni. Et si in bonis

eum dampnificauerit, aut sup dicto mansb / ad damni restitu-
tionem et tantidez dampnuz passo cdemnet / ulteri) .L. libraz
pena eidem debeat infligi . Et si ignez i domu pensate po-
suerit / i(n)cendio concremet / aut si capi no potuit / a / ptia
ppetuo sit bannitus (nec p quicq valeat receptu sub pena
gratie domini .)

Clx°

De Rusticis guadias imponentibus i p(re)iudicium habentium garittam Rubrica

Ordinamus q omnes consuetudines / statuta / seu or-
dinamenta inducte ul cdita / p Coitatez alicui ville
contra quoscuqz / que conterne possint p(re)iudiciuz iurisdi-
tionis cuiuqz / nulli valoris aut momenti ptin tenseant /
et nulli sint effitus / nec infutur etia condi possint / et p
nulla Coitatez alicui de ipa villa maior pena octo soldoz
possit imponi / nec ulti q semel p uno excessu debeat
imponi / Nec possit p Coitatez ville alicui / aliquis priuari
de vicinantia qui sit habitator ipius ville / nec fieri possit
fossatu circa domu alicui 9 eius voluntatez / aut interdici
q ei no det aqua ul ignis / ul loquela / aut q de gra-
uamine illato querelam iudicio no audeat expone / nec
possit destrui aut deuastari dom / vites / arbores / ul alta-
ne sup quib iacent vites mansoz qui remanet i pi-
stotta . Nec p ulla aliqua ordinato fieri debeat q nullus
audeat recipe ad affictu aliquez Mansuz qui sit pistotta /
ul q no accipiat p tanto affictu / ul maiori affictu csueto .
Et coitas ville cfaciens incidat i pena .L. libraz / iurisdi-
tioni loci applicandaz . Statuentes insup q si alicui p
aliquem singularez dampnu datu fuit i ptinencijs alicui
ville teneatur Coitas dare / ul denunciare dampnatorez con-
uictuz ul confessum / aut emendaz dampni toti) / ville

communitas solu(er)e teneatur / et ulteri(us) pena libr(arum) decem condemnet(ur) / cui(us) medietas sit damnum passi / alia heredis iurisditionem in loco / Et damnum inferens valeat capere / tu(m) p(ro) extimatione damni (quam) p(ro) pena xl. soldorum qua(m) incurrit occasione p(re)missa / nisi satisfecerit p(ro)ut tenetur.

Clxxvj. De massariis capi valentibus etia(m) si sit filius alteri(us) Rubrica.

Siquis aliquem massarium h(abe)t loco et foco qui sit filius alteri(us) / et q(ui) sit sibi pro affictibus et debitis obligatus / et hoc constet / illum capere valeat / acsi liber esset / no(n) obstante dom(in)i contradictione cui(us) e(st) filius.

Clxxvij. De massariis no(n) valentibus capi vel pignerari pro debitis dominorum suorum Rubrica.

Perniciosum abusum i(n) p(re)terito observatum penit(us) extirpantes statuim(us) q(uod) nullus massarius possit aut debeat capi / aut pignerari p(ro)pter quecumq(ue) debita dominorum suorum. Ille v(er)o ad cui(us) instantiam massari(us) p(ro) d(omi)no suo fuit pigneratus cadat in penam xxv. librarum / quarum medietas com(mun)i applicet(ur) / Alia v(er)o medietas massario pignerato / et teneatur massario ad omne damnum / expensas et interesse.

Clxxviij. De mercatoribus porcorum Rubrica.

Ordinamus q(uod) mercatores porcorum nullo modo sua p(ro)pria auctoritate possint pro p(re)tio porcorum a se venditorum rem aliquam debitoris capere / nisi bassas / vel ipsos porcos debita venditos / i(n) emptoris / vel heredum suorum possessione inventos vel inventas. Siquis aut(em) contrafecerit / cadat in penam unius marche / cui(us) medietas com(mun)i illius loci applicet(ur) / Alia v(er)o medietas cui res aliqua sit accepta / p(er)solvatur. Ipsis aut(em) mercatoribus porcorum ius summarium fiat i(n) petitis / infra spatium decem dierum / Quibus transactis si p(er) asp(e)ctu debitorem steterit / quo minus tunc sit i(n) p(ro)pria / quominus eis expediatur / tunc dicti mercatores sua auctoritate p(ro)pria accipere possint pignus de bonis debitorum / et p(er) om(n)i casu pignera accepta vendi debeat de licentia iudicis ad incantum i(n) loco ubi sunt accepta.

De massariis et massaritiis / manapastis

Cap. [illegible] et filiis non admittendis ad testimonium Rubrica.

Nullus massarius qui stet loco et ficto, nec filius, nec manupastus alicuius possit in aliqua causa testimonium perhibere pro eorum dominis, excepto quod massarius predictus possit deponere de possessione ut continetur supra in constitutione sub rubrica de massariis et colonis ad probandum possessionem admittendis.

Cap. [illegible]

De pena falsi testis Rubrica.

Siquis convictus fuerit falsum testimonium perhibuisse in quacumque causa civili vel criminali, pecuniaria pena ducentarum librarum mulctetur, quam solvere teneatur infra .xv. dies postquam de falsitate constiterit, cuius medietas habenti iurisditionem applicetur, alia medietas parti contra quam falsum perhibuit testimonium assignetur, quam si non solverit, ei lingua amputetur. Si vero falsum deposuerit in causa in qua de vita hominis aut membro aliquo agatur, tunc gravioribus penis iudicantis arbitrio puniatur, ita tamen quod si deponat falso ad hoc ut aliquis moriatur vel membrum alicui abscindatur, tunc talis falsus testis simili pena debeat puniri.

Cap. [illegible]

De penis exigendis per habentes gastaldiam vel ius custodiendi festa Rubrica.

Ordinamus quod nulla persona audeat pro delicto vel maleficio commisso vel committendo sub suo gastaldio imponere vel exigere maiorem penam .xl. solidorum. Sed si aliquis habet ius custodiendi aliquod festum, tunc in die festi possit pro exforcio, ictu lapidis, teli, sagitte aut alio genere armorum, cum percussione vel sine, cum effusione sanguinis vel sine, imponere penam usque ad summam unius marche si sibi videbitur et non ultra, et eam exigere. Et qui contrafecerit teneatur ad duplum eius quod ultra debitas penas recepit curie domini locumtenentis applicandum.

Clxxij. De penis promissis coram aliquo iudice nō exigendis Ru^ca.

Nullus Gastaldio seu quivis alius ius reddens in patria audeat uel psumat compellere uel suadere mutare uel induce aliquam psonam coram ipso litigantem quod aliquid faciat, uel non faciat, sub aliqua pena. Nec ipsi litigantes ad instantiam alicuius iudicis, seu alicuius alterius psone, nec etiam sponte valeat se obligare sub aliqua pena sup predictis. Et quecumque contra predicta facta fuerint, nullius sint valoris.

Clxxiij. De confiscationibus nō tollentibus iura creditorum.

Ordinamus quod si propter delictum alicuius psone eius bona dnio ueniant confiscanda, nullum preiudicium inferri valeat creditoribus, sed ipsa confiscatione non obstante de bonis confiscatis satisfiat creditoribus ante dictam confiscationem, et suam confiscationis, quibus iuste obligatum eum eius bona ut pmittitur confiscantur.

Clxxiiij. De bonis homicide nō confiscandis, Rubrica.

Bona eius qui homicidium ppetravit, p dominium seu alium quelibet privatum nō arripiantur, nec etiam confiscentur. Sed si homicida capi potuerit, capite puniatur, et eius bona ad heredes ex testamento uel ab intestato perveniant. Si uō homicida ipse capi non poterit, ppetuo sit bannitus, sed bonis suis pacifice uti valeat absque inquietatione alicuius dnij, et in eisdem valeat facere suam omnimodam voluntatem. Et hoc locum etiam in preteritis.

Clxxv. De homicidis puniendis aut extra patriam banniendis R^ca.

Si aliquis ex pposito uel animo pensato homicidium commiserit, seu alicui homicidio astiterit, si psonaliter haberi pot, de eo iustitia fiat secundum mores patrie Forijulij. Si aut psonaliter haberi nō pot, tunc banniatur, et bannitus intelligatur de tota patria et dnio Forijulij. Nec secure possit in aliqua terra, castro uel loco patrie Forijulij habitare. Sed Marescalchus possit ipsum homicidam capere ubicumque eum invenerit sine contradictione alicuius.

psonaz / Non obstante aliqua ɔsuetudine in contrariu forsitan ob
seruata . Et si forsitan aliqua communitas / Nobilis / uel alia psona
cuiuscumque conditionis existat / apud homicidam sic bannitu receptauerit / tunc ad requisitionez domini seu Marescalchi / teneat et
debeat eidem Marescalcho / uel cui comiserit / punire infra tres dies
die requisitionis computandos et die requisitionis incluso . Et si non
requisitus fuit / et sciuerit talez malefactorez esse in castro / terra uel
loco suo / teneat eu psonali retinere / et notificare id ei cui spectat
punitio ipius . Et hec etiaz intelligat in incendiariis tpre pacis .

.Clxxvj.

De nato ex libero uentre p libero reputando. Rca

Ordinamus qd quicumque natus fuit ex matre libera / censeat /
habeatur et reputetur pro libero / etiaz si pr eius sit uel fuit suus
ɔuis et natus et nutritus fuit / uel longo tempore stetit / uel habitauerit sup territorio domini patris sui uel sup quo hitat pr
eius . Quicumque uero natus ex muliere sua / censeatur et sit suus
eius cuius est mulier ex qua natus est / etia si pr eius sit liber.

Clxxvij.

De seruo communi manumisso Rubrica

Si aliquis est seruus duoz uel pluriuz dnoz / et fuit
p unum ex dnis manumissus et libertus censeatur et intelligatur liber / tamen teneatur manumittes satisface alteri
dno uel aliis dnis de pte qua ht uel hebat in dicto suo / sedz
secz extimationez ipius / taxandam arbitrio bonoz uiroz .

.Clx....

De salario famuloz rubrica

Item Constituimus qd famuli seu famule uel mercenarii
transactis sex mensibus / nil de mercede petere possint / et presumatur fore soluto nisi plus interrupto temporis / uel
petitio medio tempore facta i iudicio uel ex / possit tamen

deferri sacramentu3 principali debitori si uiuit / an solutio / uel satisfactio facta sit i toto uel in pte.

C.lxxviiij. **De pena ҫtrahentiu matrimoniu3 sine ҫsensu maiorum Rubrica.**

Item statuimus qd siquis quocu3 modo matrimoniu3 contraxerit cu aliqua muliere minore annis .xx. sine expssa uoluntate pris / aut aui / ul paui paterni / aut altius cui dotandi onus incumbit / pena librar. l. puniat / et p tres menses i carcerib3 teneat. Et eade3 pena teneat fautores et ceti pticipes huiusmodi matrimonij ad quos ҫstitutio dotis no ptinet. Saluis tamen Constitutionib3 disponentib3 de mulierib3 ab hereditate exclusis ҫ ul pter dispositione3 iuris cois quib3 no piudicetur.

C.lxxx. **De salario aduocator Rubrica.**

Statuimus inuiolabili obseruandu3 qd pro officio postulandi / aduocandi / consulendi i cais i quib3 aduocat / et offo procurandi / aduocati et procuratores z alij quicu3 patroci cau possit recipe ul exige ut infra z no ultra. Qui aut i aliquo caplo hui9 moderate taxationis contrafecerit / plus recipiendo aut petendo / ipo facto cadat i pena dupli ei9 quod pl9 receperit / aut petierit pti applicandam / et .xxv. librar soldorum curie applicandor toties quoties contrafactu fuit. Puti itaq3 constitutione / eque ac moderate taxam9 qd procurator p prestito a se procurationis / aut aduocationis officio / no recipiat neq3 exige possit i ca sex marchar ul infra / ultra xl. soldos. In ca aut rei ul qtitatis xx. marchar ul infra / exige possit libras quatuor z no ultra. A .xx. uo marchis usq3 ad xl. marchas / exige possit .x. libras / et no ultra.

A. quadraginta autem marchis ad centum marchas exigere possint libras sexdecim. A. Centum quoque usque ad ducentas marchas exigere possit libras .xxiiij. A ducentis ad Tricentum marchas exigere possit libras .xxxij. / Et denique a Tricentum supra in quanta cumque quantitate recipere possit usque ad decem ducatos et non ultra. Declaramus quoque quod advocatis et reliquis patronis earum premium et salarium exhibeatur pro eorum patrociniis que prestabunt in causis quibuscumque videlicet si clienculi eorum post litem contestatam invicem composuerint, vel in exordio cessarint iam incohate liti, habeant medietatem salarii, et ultra medietatem litis habeant integrum salarium. Si vero advocatus graduatus qui exerceat officium procurationis, conducetur ex loco sui domicilii ad forum aliud quam maioris curie, ut gerat officium postulandi vel consulendi, possit exigere pro singula die soldos sexaginta et expensas et nichil ultra. Advocatus vero non graduatus, sive procurator conductus extra domicilium suum ut supra, possit exigere pro singula die soldos Quadraginta et expensas et non ultra. Qui vero contrafecerit cadat in penam dupli eius quod accepit. Et possit quilibet Advocatus tam graduatus quam non, exercens officium, compelli ad eundum pro dicto precio. Adicientes quod pro libellis et positionibus unius cause a .xl. marchis infra, habeant soldos .xx. ab inde supra .xl. soldos, et non ultra.

C.lxxxj. Quod advocatus vel procurator non pacisceatur cum clientulo contra constitutionem taxe salariorum.

Statuendo prohibemus quod aliquis advocatus vel procurator maioris vel alterius cuiuscumque inferioris curie, paciscatur per se vel per alium, cum aliqua persona de aliqua re vel quantitate, propter advocationis vel procurationis officium prestandum in aliqua lite, vel ullo modo conveniat ultra numerum vel quantitatem in taxa salariorum expressam. Si quis vero advocatus vel procurator, huic prohibitioni contrafecerit, ipso facto cadat in penam Centum ducatorum domino applicandam, et triennio sit ab exercitio sui officii advocandi vel procurandi in quacumque curia suspensus. Et tali pacto vel conventione promittens nullatenus obligetur, etiam si fuerit iuramento vallatus. Et pacta, et conventiones facte in contrarium non valeant.

C.lxxxij. De salario notariorum pro actis iudiciorum in prima instantia Rubrica.

Statuimus q pro scripturis cur/notarij pro eor salario possint recipe
uel exige ut infra et no ultra. Qui aut in aliquo contrafecerit plus re
tipiendo uel petendo / ipo facto cadat in penaz dupli eius qd accepit / uel pe
tierit pti applicandam / et ultra illud in penaz . xxv . librar curie appli
candam totiens quotiens fuit contrafactum. Presenti igitur constitutione
moderamur atq taxamus q p cedula citatonis / monitionis siue precepti
scripta in actis / et tradita pti / pro relatone executionis / et p facienda
fide de utraq dentur notario soldi quatuor. Pro notatione procuratorij
ad lites / de uno uel plurib procuratorib constitutis / soldi duo. Pro fa
ciendo fidez de procuratorio / aut alio mandato scripto p notariuz / sol
di duo. Pro termino quolibet in quo fit unus actus tm / soldi duo.
Si uero i uno termino facti fuerint plures act / pro quolibet actu diuso
soldi duo. Pro legitimatoe mandator procurator soldi duo. Et demu
pro quolibet singulari actu z diuerso / siue i uno siue duob aut plurib
terminis fiat / det notario ille ad cui instantiaz factus e t'minus soldos
duos. Pro copia uero data a notario pti / dentur ab eo ad cui instan-
tiam scripta est / uel pro quo facit talis scriptura / p singula petia
soldi quatuor. Quelibet aut petia contineat ad minus Sexaginta
lineas / et quelibet linea gtineat ~~litas~~ literas Quadraginta / et quilz
titulus pro una lra hat. Pro examinatis testib. vz qn notarius
curie dni Locumtenentis fuit comissum q ipe examinet z scribat
dcta testium / hat notarius pro examinatoe / et p scriptura sua gtenta
in una petia que sit ut s / soldos Sex. Si notarius curie dni Locumte-
nentis p examinandis testib / ul pro scribendo aliquid ptinens ad li-
tem / fuit missus ex locuz ubi agitur iudicium et equitauerit sui equuz /
et fecerit expensas sibi et equo / dentur i salariuz eius soldi Sexaginta
pro singula die. Si uero ps dederit notario equum z expensas pro notario
et pro equo / dent in salariuz notario pro singula die / soldi . xxvj .
Et si examinauerit siue interrogauit testes / simulqz scripserit dcta
eor / dentur ultra id notario soldi sex pro qualibet petia. Si uero notarius
no examinauerit / sed tm scripserit / dent p tota singula testificatione
uni testis soldi quatuor. Et si dcta testificatio unius testis pterierit
unaz petiam / hat p singula petia soldos quatuor. Et hec hant locuz
in notarijs scribentib i curia dni Locumtenentis tm. In alijs uero locis
teneantur obsuare gsuetudines dumo no excedant taxas sup limi
tatus. Pro ordinando / ingrossando / et extrahendo totuz processum
cause / post factaz cause gclusioez / Qui processus extrahi gsueuit cu omib

productis et actitatis in causa communibus expensis partium. Et tradi procuratorium ad usum partium exhibendum advocatis uel iudici. dent notario pro singula petia soldi quinque. etiam si partes scriptum fuit concordium per tota actium ordinatorum. Pro ordinatione et promulgatione sententie diffinitive in qua notarius habet narrare quecumque actitata et producta in causa. et cum studio reuidere processum dentur notario pro qualibet petia ipsius sententie soldi octo. solummodo pro scribendo dictam sententiam. Pro instrumento publico super diffinitiva sententia a notario dato parti. si sententia est octo marcharum uel infra. dent notario soldi xxiiii^or. Pro instrumento autem sententie diffinitive que sit plurium octo marcharum. quantecumque sint quantitatis. habeat ultra dictos xxiiii^or soldos. pro singula marcha soldos duos. Ita tamen quod pro uno instrumento diffinitive quantecumque quantitatis notarius non possit habere uel exigere ultra ducatos decem. Pro notatione precepti in iudicio facti ei qui statim circa petitionem conuenitur uel qui uocat se conuictum de quacumque re uel quantitate. Et pro nota assignationis numerorum. et pro executione dent notario soldi octo. et pro hoc publico instrumento soldi xxiiii^or.

Clxxxiii.

De salario notariorum super appellatione Rubrica.

Pro instrumento publico super appellatione interposita ab interlocutoria si res uel quantitas fuerit decem marcharum uel infra dentur notario soldi xx^ti. A decem autem marchis supra dentur notario soldi xxxii. Pro instrumento publico super appellatione in scriptis interposita a diffinitiva extimationis uel quantitatis decem marcharum uel infra soldi xx^ti. A decem autem marchis supra dent notario soldi xxxii. Pro instrumento publico super appellatione in scriptis interposita a diffinitiva extimationis uel quantitatis decem marcharum uel infra soldos xx. A decem autem marchis supra dent notario soldi xl. Pro instrumento publico dato super appellatione uiua uoce interposita a diffinitiva si fuit extimationis uel quantitatis decem marcharum uel infra dent notario soldi xx^ti. Ab inde uero supra soldi xxviii. Pro notatione sententie et pro littera et pro instrumento eius in causa appellationis dent notario soldi xl^ta.

Clxxxiiii.

De salario notariorum in causis protectionum Rubrica.

Pro littera scripta et sigillata commissionis cause protectionis dent notario notario soldi xvi. Pro citatione in causa protectionis cum sigillo soldos octo.

pro litteris inhibitoria dirigenda / et pro sigillo soldi xij. = Pro una-
quaque littera non registrata soldi viij. pro unaquaque littera registrata sol-
di xij. pro littera appellationis soldi xxiiij. Et si contineret sive re-
formationem / sive eius determinationis soldi xl. // Pro terminis non
in eius protectionis satisfiat notario ut exigere possit ipse secundum tenorem
generalis taxe iudiciorum suprascripte et non ultra. pro littera cum sigillo ori-
ginali dirigenda iudici a quo interposita est protecto exigere possit
notarius soldos ~~xx~~ xiiij.

Clxxxv. # De salario notariorum pro instrumentis dotalibus et donationum Rubrica.

Pro instrumento publico dotis / morgincapij / dismontadurarum / aut alterius cuiuscumque donationis / si res / vel quantitas fuit Quadraginta marcharum vel infra / notarius illud tradens / possit exigere duos soldos pro marcha. Si vero fuit super re maioris valoris / vel maioris quantitatis Quadraginta marcharum / usque ad centum marchas / habeat ultra predictum salarium pro singula aliarum marcharum soldum unum cum dimidio / dummodo pro alia quantacumque quantitate non habeat ultra sex ducatos.

lxxxvi. # De salario notariorum pro instrumentis contractuum Rubrica.

Pro instrumentis in publicam formam traditis a notarijs / super contractibus permutationis / societatis / divisionis / livellationis / seu perpetue locationis / si res / vel quantitas non excessit decem marchas / exigere possit notarius pro suo salario soldos xx. et non ultra. Si autem res fuit maioris valoris vel quantitatis plurium decem marcharum / notarius ultra dictos xx. soldos / possit exigere de alijs pro singula marcha soldos duos / Ita tamen quod pro quantacumque magna re / vel quantitate / non recipiat ultra unum ducatum.

lxxxvii. # De salario notariorum pro instrumentis compromissi et arbitrorum Rubrica.

Pro instrumento tradito / a notario in publicam formam super

compromisso uel arbitrio / siue arbitramento lato ex compro
misso / notarius possit exigere xx. soldos si fuit de re / uel quantitate decem
marcharum uel infra. Si uero fuit rei / uel quantitatis maioris decem
marcharum / Notarius possit exigere ultra dictos .xx. soldos / de aliis
marchis pro singula marcha soldos duos / Ita quod pro qualibet enim
maxima quantitate / habeat duas marchas et non ultra.

clxxxiii.

De salario notariorum pro instrumentis mutui et uenditionis Rubrica.

Pro instrumento mutui tradito per notarium in publicam formam
supra decem marchis uel infra / notarius possit exigere soldos .xx.
A decem autem marchis supra / possit exigere de aliis pro singula
marcha unum soldum. Pro instrumento uenditionis bonorum facte ad in-
troitum / de re / uel quantitate decem marcharum uel infra / possit notarius
exigere soldos xl. A decem uero supra pro singula marcha de aliis soldos
duos / Ita quod non habeat ultra libras .xii. quantecumque fuit rei uel quanti-
tatis. Pro instrumento uenditionis conuentionali facte / non ad introitum /
si fuit decem marcharum / uel infra / habeat notarius soldos xx. A decem
autem marchis uersus supra / exigere possit de aliis pro singula marcha
soldos duos / Ita quod pro quantacumque magna quantitate non habeat ultra
libras .xvi. Pro instrumento publico finis et remissionis de quantitate decem
marcharum uel infra habeat notarius soldos .xx. Si uero fuit a / decem march
usque ad Quadraginta / habeat notarius soldos .xxiiii. De alia uero qua-
tacumque maiori quantitate habeat soldos Trigintaduos. Pro instrumento
Sindicatus / Tutele / cure / uel factorie / habeat pro singulo dictorum mandatorum
soldos .xx. Pro instrumento actorie ad lites habeat notarius soldos Sexdecim.
Pro instrumento procuratorii ad exigendum / quietandum / compromittendum /
et ad causas iudicii soldos uigintiquatuor. Pro instrumento locationis ad
tempus facte / soldos Sexdecim.

clxxxiiii.

De salario notariorum pro instrumentis testamentorum et ultimarum uoluntatum Rubrica.

Pro instrumento testamenti in quo extraneus instituitur /

deductis legatis et debitis / ac omni ere alieno / notarius possit exigere pro qualibet marcha hereditatis sup qua ipe scripsit / et tradidit in publicaz formaz instrumenti solidos duos / dummodo no excedat quantitatez decez ducatoz. Et extraneus intelligit qui no fuit testatori coniunctus de descendentibus vel ascendentibus / fribus / aut filijs friz. Pro insto testamenti quo suus hres instituitur p marcha illius hreditatis hat unu soldiz / deductis pdez legatis / et omni ere alieno / dummo no excedat sumaz decez ducatorum. Pro instis legatoz pro qualibet marcha / soldos duos / neqz excedat decez ducatos. Pro insto ofecti inventarij soluatur notario iux laborez eius et facultatez hreditatis ad moderatoez et taxatioem curie.

Clxxx. De salario dando notarijs ppt ostensioez pthocolloz Rca

Notarius ab aliquo cui interfit / requisitus ostende suu prothocollum teneat illud sine aliqua solutione pmittere / et quesituz pti requirenti ostendere. Et possit notarius pro huiusmoi ostensione recipe vel exige octo soldos si ostensu pthocollu fuit de notis eiusdez notarij. Si no fuit de notis alteri tabellionis tunc possit notari exige soldos octo ppt pquisitonem / et ppt ostensioez soldos octo. Notarius no qui otrafecerit / cadat in penaz medie marche curie applicande.

Clxxxi. De salario Caballarioz et pronuz Rubrica

Ut no bone consuetudines deleantur / statuimus qp prones Caballarij et nuncij pro labore suo hre debeant intra terra soldu unum / et ex pro qualibet milliari soldos duos et no ultra. Et si plus receperint / puniant in dupluz ei qd accepint / ei qui solverit applicandum.

[illegible] Qd Rustici pdices de nocte no capiant Rca

Cum patriam forijulij multis Nobilibus repletam undequaque evidenter appareat, quorum salus et vita venandi et aucupandi exercitijs refoveri consuevit, hac constitutione decernimus quod Rustici qui agriculture operibus deservire debent, non audeant de nocte perdices capere, nec sine canibus lepores insectando eos laqueis ad necem perducere. Cum venationes et aucupationes que ad nichilum sint deducte per rusticos, et sic Nobiles qui per castra sua habitant, carendo venandi et aucupandi solatijs sint quodammodo privati et cogant in carceribus permanere.

Quod constitutiones patrie particularibus statutis et locorum non debeant derogare. Rubrica.

Item Constituimus quod Statuta antiqua existentia et dudum observata in aliquibus locis Jurisdictionis huius debeant in sua antiqua firmitate manere. Nec in illis locis debeant derogari. Et per has Constitutiones presentes antiquis statutis municipalibus cuiuscumque loci non intelligatur ibidem ullatenus derogatum.

Deo gratias. Amen

Expliciunt Constitutiones patrie forijulij noviter reformate per parlamentum patrie et cum eius consilio, sub regimine Magnifici et Generosi viri domini Marci dandulo pro Serenissimo et Inclito Dominio alme Civitatis venetiarum locumtenentis dignissimi, et postea confirmate per idem Excelsum dominium venetiarum, ut patet in litera hic inferius descripta. Et hec in Millesimo Quadringentesimo vigesimonono, Indictione Septima, die Quartodecimo mensis Julij.

Litera ducalis dominij confirmans supradictas Constitutiones.

Franciscus foscari dei gra dux Venetiaz &c Nobilibus et Sa-
pientibus viris Marco dandulo de suo mandato Locumtenenti prie
forijulij / et Successoribus suis fidelibus dilectis Salut & dilectionis
affectum. Significamus vobis qp i Millesimo Quadrigentesimo vigo-
nono / Indictione septima / die quartodecimo pntis mensis Julij / in
nris Consilijs Rogatorz & additionis capte fuerunt ptes infrascripti te-
noris vz. Cum Locumtenens prie forijulij / vigore mandatorz nri
dnij / alis fctorz circa hoc / convocari fecerit nouit' iux mores prie con-
silium parlamenti / pro reformatoe Constitutionum prie apdicte /
In quo proposito negocio / dum illi de dicto parlamento / sup quatuor
in tribus caplis forent differentes / Ipi nro Locumtenenti apparuit
qp finis poniet' ipis caplis / Et voluit qp p nrum dnium sup ipis
caplis provideretur. Que capla sunt hec vz. primum de penis exi-
gendis p hntes garittum. Secundum de teritorio iudicando et de
iudicio / Et tercium de feudis. Et pro expeditoe ipoz caplorz
et duaz Constitutionum addendarz novo volumini Constitutionz /
comparuerunt ad pntiam nri dominij Septem honorabiles oratores
Prelatorz / Nobilium & Comitatum ipius prie / quibus necessarium est
expeditionez dare. Vadit pars qp respondeat' ipis Ambassiatoribus
qp nra dnatio continue fuit et est disposita regere et gubernare
dictaz priaz scdum Constitutiones gnales / et statuta munici-
palia / existentia i locis et terris ipius prie. Et qp si int' ipas
Constitutiones gnales / et iura municipalia / sint alique varie-
tates / seu discrepatio aliqua / ppt' quas oriri videt' dubium / ipa
dubietas declaret' / ut nri Locumtenentes prie qui p tpra erunt / apte
sciant quid agere hant et observare. Et propterea affectantes
quietez et bonuz totius prie / sumus contenti qp p Consilium p-
teriti parlamenti possint reformari etia dicta capla vz. de penis
exigendis / et de iudicio / et de territorio / ita qp int' ipa capla
Constitutionum / et inter ipos ordines municipales / no sit di-
versitas vel obscuritas sed apte & clara concordantia. Et ita
mandabimus nro Locumtenenti qp fieri pmittat. Verz p has no-
vas reformatoes no intelligimus nec intelligi volumus i aliq
derogari appellationibus i omni casu / quas spectare volumus et
declaramus Locumtenenti nro prie predicte. Volumus insuper

q pro reformationibus noviter fctis p suprascriptum Consilium
parlamenti, vel aliqua earum, et presertim sup penis imponendis,
que vigore Constitutionum veterum spectabant Camere sive ad
mensam Patriarchalem, no derogetur in aliquo, neqz derogatum
esse in aliquo intelligatur Camere nre predicte circa exactionem
penarum predictarum, nisi forte clare constaret ipas penas p munici-
pales, privilegia vel statuta ad aliquos alios spectare, aut dividi
debere aliter. Ad capitulum tertium de feudis respondeatur q
volumus q si differentia fuerit aut verteretur inter aliquas privatas
psonas occasione feudi, ipa differentia seu ca p nrum Locumtenentem
patrie cognoscatur et terminetur. Si vo differentia fuerit inter
nrum Locumtenentem noie dni et aliqua specialem psonam de
ca spectante ad feudum, Volumus ipam differentiam et causam dif-
finiri p Septem feudatarios pares curie prout iura disponunt, Re-
servata tamen appellatione ad nrum dnum. Ceterum quia
ultra premissa supplicarunt ut eis concedamus q in volumine
Constitutionum denovo fctarum addere possint unum capitulum, p qd
concessum fuit propinquis et laterariis posse presentare sup possessio-
nibus et bonis stabilibus ptie, que decetero vendentur et alienabuntur
in patria quemadmodum concessum est Paduanis, vadit pars
in eorum complacentiam, q concedatur eis, q ipum Consilium par-
lamenti possit addere, seu addi facere in dcto volumine novo dctum
capitulum prout concessum est Paduanis. Resecatis tamen verbis
supfluis et impertinentibus, prout ipi Consilio utilius et melius ap-
parebit. Ad ultimam vo ptem p qua petunt q dignemur con-
firmare propositum in Consilio parlamenti in favorem Coitatis
Glemone p quem ordinatur q hi qui no habitant in Civitatibus,
terris et Castris muratis et habitatis patrie, seu in villis ipis locis
subiectis et contiguis, no possint alibi q in locis predictis mercantias
mercimonia conducere et exercere, sub pena librarum Quinquaginta etc.
Respondeatur q ob sinceram fidelitatem ipius Coitatis nre essemus
semp prompti in quibuscumqz licitis et honestis complacere pfate

Communitati. Sed quoniam hoc esset contra deum et humanitatem,
et in damnum patrie et locorum nrorum, ac etiam Ciuitatis nre Venetiarum,
ad quam tamquam ad caput et principium aliorum locorum nrorum, habemus et
habere debemus respectum, et presertim in facto mercantie tam necessarie
Ciuitati nre predicte, non possumus eis complacere in hoc, Tamen audien-
tes ea que dicunt de contrabannis fieri, quod conducitur huc et illuc contra
bannia nra et in damnum nri dnij et ipsius Comunitatis, scribemus et mandabimus
nro Locumtenenti patrie et Successoribus suis quod circa hoc faciat et prouideat
uti eidem necessarium apparebit, ut ipsa contrabannia cessent, pro bo-
no ipsorum nrorum fidelium et nri Communis. Ad reliqua exposita per
ipsos Ambassiatores, Respondeatur eis, quod quia predicta sunt nature quod
oportet illa expedire per alia nra Consilia, ipsi pro nunc habebunt pa-
tientiam, Nam quam citius fieri poterit prouidebitur circa premissa.

Quare fidelitati uestre cum nris Consiliis suprascriptis scribimus et man-
damus quatenus omnia scripta contenta in capitulis et responsionibus
suprascriptis obseruare et obseruari facere inuiolabiliter faciatis et debeatis.
Facientes has nras litteras in Cancellaria uestra deinde ad futurorum memoriam
registrari. Volumen uero Constitutionum nouiter reformatarum in con
silio parlamenti quod nobis sub bulla uestra misistis, uobis remittimus
per eosdem Oratores sub bulla nra ut ibi sit, et in occurrentibus casibus ua-
leat operari secundum quod in consilio predicto terminatum est.

Data in nostro ducali Palacio die quartodecimo Julij, Indictione
septima, Millesimo Quadringentesimo vigesimonono.

A tergo.

Nobilibus et Sapientibus Viris Marco Dandulo Locumtenenti
nostro patrie Foriiulii, et Successoribus suis.

Prohemium decretarum Constitutionum

Etsi maxima et multa sint commoda et urbium ornamenta /
tamen nichil est quod eque plato ad publicam felicitatem magis pertinere
iudicaret / quam cum optimo atque iustissimo rectore respublica admini-
stratur. Qua quidem felicitate olim Grecia gloriabatur. Nam uti op-
time queque Civitates / sic optimos atque sanctissimos principes eli-
gebant / a quibus bene beateque respublica regeretur. Sed cum hij uiderent
uitam suam fragilem / mortalemque esse / cogitauerunt saltem iusticiam et equi-
tatem suis populis perpetuam et immortalem efficere. Itaque inuente sunt
leges et urbium instituta / que perpetuus quidam magistratus et immortalis
princeps / unde equitas et iustitia perpetuo suis populis administraretur.
In quo genere laudis Ligurgus primum apud Lacedemonios est uersatus /
qui ea fuit pietate in patriam / ut cum eam aliquando deserere oportere se uideret /
tamen illa suam iusticiam et equitatem / ei suo exilio relinquere cogitauit.
Solone uero illo Apollinis etiam oraculo sapientissimus est iudicatus /
olim gloriabantur omnium artium et humanitatis nutrices Athene / quod ex
illo eis omnis iuris et equitatis forma nata esset. Marco uero Dandulo
iustissimo pretore nostro Illustri / et Senatorio / et qui aliquo ex annalium
numero / aut de celo misso uiro / ex hijs nostris Constitutionibus / hec Aqui-
legiensis pia patria semper gloriabitur. De cuius laude et gloria quemad-
modum difficile esset plene / cumulateque dicere / sic hoc loco preterire ignauum
et deforme uideretur. Sed ex tempore de multis ut aiunt pauca de-
gustabimus. Est enim ea laudum suarum materia atque gloria / ut gra-
uissimi etiam oratoris copiam facile superare uideatur. Quis dunmo-
ratus sues / uirtutes / et uires ex Illustri genere suo apta oratione explicaret.
Omitto multos duces et armis et toga clarissimos. Inter quos hic No-
bilissimus pretor noster illis auspicijs natus est / ut non minus laudis
illa ipsa clarissima Dandulorum familia / ex sua singulari uirtute / quam ipse
ex Illustri illo suo genere suscipiat. Neque potuisset aliter is qui ab illo